Io. 1. 14. 9. *An non credimus Deum hominem factum?* Verbum caro factum eſt. *Vtrùm incredibilius, Deum hominem factum, an panem fieri corpus Chriſti? cùm cottidie videamus, vi naturæ panem*

Ratione id aſſeritur.

& vinum in carnem & ſanguinem corporis noſtri mutari. Nec ſine magnâ ratione ritus ille poſt Miſſæ ſacrificium, vt Euangelium D. Ioannis legatur, in quo illud; Verbum caro factum eſt. *Nimirum, vt, quemadmodum credis Deum hominem factum, quod tamen pleriſque viſum incredibile; ita non dubites, Diuinâ potentiâ & voluntate panem & vinum tranſubſtantiari in corpus & ſanguinem Chriſti. Nam* panis iſte, quem Dominus diſcipulis Cyp. de cœn. Do.
porrigebat, non effigie, ſed naturâ mutatus, omnipotentiâ verbi factus eſt caro. & ſicut in perſonâ Chriſti humanitas videbatur, & latebat diuinitas: ita Sacramento viſibili ineffabiliter diuina ſe infudit eſſentia. *Chriſtus promiſit*; Panis, Io 6.51.
quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vitâ: *quod promiſit veritas, non potuit fieri, vt non præſtiterit.* Recedat ergo omne Euſ. Emiſſ. Serm. 5. in paſ.
infidelitatis ambiguum: quandoquidem, qui auctor eſt
Nota. muneris, ipſe etiam teſtis eſt veritatis. Nam inuiſibilis ſacerdos viſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis & ſanguinis ſui verbo ſuo ſecretâ poteſtate cõuertit, ita dicens; Accipite, Matth. 26. 27.
& edite; hoc eſt enim corpus meum. & ſanctificatione repetitâ; Accipite, & bibite; hic eſt ſanguis meus. Ergo ſicut ad nutum præcipientis Domini repentè ex nihilo ſubſtiterunt excelſa cælorum, profunda fluctuum, vaſta terrarum; pari potentiâ in ſpiritualibus Sacramentis verbi præcipit virtus, & rei ſeruit effectus. *Sed de his vberiùs in meo Apologetico, ad* Li. 3. Apol. adu. Alcor. Franciſ. cap. 18. & ſeq.
quem beniuolum Lectorem, cùm vacauerit, mitto.

10. *Eſt natura, ordo, modus, & ratio, vt ceteris, ita & huic rei, etſi contra naturam & rationem videatur; non eſt tamen, ſed quomodo portenta, non contra naturam ſunt, cùm fiant Dei voluntate.*
Aurea verba de myſterio S. Euchariſtia. Omnis ratio eſt in virtute Chriſti, omnis ſcientia in fide.
Quòd poſſit eſſe, à Dei potentiâ eſt; quòd ſit, ab eius volun- Cor. Muſ.
tate. Quòd ſcimus eſſe, habemus ab Eccleſiâ, quæ non errat, & à ſacrâ Scripturâ, quæ non fallit. Quòd non capimus, eſt ab intellectus infirmitate; quòd credere nolumus, à patre mendacij, qui non ſtetit in veritate. *Itaque ſi nobis increduli reſpondeant, ſi vultis nos credere, de ſingulis reddite rationem; ingenuè fatebimur reddi non poſſe*: quòd iſtis, & ſimilibus Dei miris operibus infirma mortalium ratiocinatio vincitur: Aug 21. Ciuit. 5.
fixam tamen apud nos eſſe rationem, non ſine ratione omnipo-

nipotentem facere, vnde animus humanus infirmus rationem non poteſt reddere. & in multis quidem rebus incertum nobis eſſe quid velit: illud tamen eſſe certiſſimum, nihil eorum illi eſſe impoſſibile, quæcumque voluerit; eique nos credere præcedenti, quem neque impotentem, neque mentientem poſſumus credere. *Illa igitur fides iure laudanda, quæ antè credit obſeruandum eſſe, quàm didicit.*

Tertull. de cor. mil. c. 3.

11. Ergo in quibuſdam rebus ad doctrinam ſalutarem pertinentibus, quas ratione nondum percipere valemus, ſed aliquando valebimus, fides præcedat rationem, quâ cor mundatur: vt magnæ rationis capiat, & perferat lucem, hoc vtique rationis eſt. Et ideo rationabiliter dictum eſt per Prophetam; Niſi credideritis, non intelligetis. Vbi proculdubiò diſcreuit hæc duo, deditque conſilium, quo priùs credamus, vt id quod credimus, intelligere valeamus. Proinde vt fides præcedat rationem, rationabiliter viſum eſt. *Quod ſeriò præſcriptum volumus illis, qui ſine delectu errantes aſſentiuntur erronibus*, neſcientes ineſſe, & in incredibili verum, & in veriſimili mendacium.

Aug. Conſentio. ep. 222. — Fides præcedit intellectum. — Iſa. 7. ſec. 70 — Min. F. Octa.

PRÆSCRIPTIO VI.

Vnam illam eandemque fidei doctrinam ab Apoſtolis traditam, accuratè ſeruandam, perpetuùm à Catholicis eſſe cuſtoditam.

1. VNam *doctrinam ſalutis humanæ traditã ab initio neceſſe eſt conſtanter retinere: quia ad omnes omnium ſæculorum homines dictum credimus*, Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. *Quamobrem beatus Apoſtolus grauiter monens diſcipulum, inquit*; O Timothee, depoſitum cuſtodi. *iterùm*; Bonum depoſitum cuſtodi per Spiritum ſanctum, qui habitat in nobis. *Sed operæprecium eſt Apoſtolicam monitionem diligentiùs pertractare.* O Timothee, inquit, depoſitum cuſtodi, deuitans prophanas vocum nouitates. O exclamatio iſta, & præſcien-

Fidei depoſitum cuſtodiendũ. — Heb. 11. 6. — 1. Tim. 6. 20. — 2. Tim. 1. 14. — Vinc. Lir. 27.

tiæ eſt pariter, & charitatis. Prævidebat enim futuros, quos etiam prædolebat, errores. Quis eſt hodie Timotheus? niſi vel vniuerſa Eccleſia, vel ſpecialiter totum corpus Præpoſitorum, qui integram diuini cultus ſcientiam vel habere ipſi debent, vel aliis infundere? Quid eſt, Depoſitū cuſtodi? Cuſtodi, inquit, propter fures, propter inimicos: ne dormientibus hominibus ſuperſeminent zizania ſuper illud tritici bonum ſemen, quod ſeminauerat Filius hominis in agro ſuo. Depoſitum, inquit, cuſtodi. Matth. 13. 25.

Quia talentū iſtud religionis. 2. Quid eſt depoſitum? id eſt, quod tibi creditum eſt, non quod à te inuentū; quod accepiſti, non quod excogitaſti; rem non ingenij, ſed doctrinæ; non vſurpationis priuatæ, ſed publicæ traditionis; rem ad te perductam, non à te prolatam; in quâ non auctor debes eſſe, ſed cuſtos; non inſtitutor, ſed ſectator; non ducens, ſed ſequens. Depoſitum, inquit, cuſtodi: Catholicæ fidei talentum inuiolatum illibatumque conſerua. Quod tibi creditum eſt, hoc penes te maneat, hoc à te tradatur. Aurum accepiſti, aurum redde. nolo mihi alia pro aliis ſubiicias; nolo pro auro aut impudenter plumbum, aut fraudulenter æramenta ſupponas; nolo auri ſpeciem, ſed naturam. O Timothee, ô Sacerdos, ô Tractator, ô Doctor! Si te diuinum munus idoneum fecerit ingenio, exercitatione, doctrinâ: eſto ſpiritualis tabernaculi Beſeleel; præcioſas diuini dogmatis gemmas exſculpe, fideliter coapta, adorna ſapienter; adiice ſplendorem, gratiam, venuſtatem: intelligatur te exponente illuſtriùs, quod antè obſcuriùs credebatur. per te poſteritas intellectum gratuletur, quod antè vetuſtas non intellectum venerabatur: eadem tamen, quæ didiciſti, doce; vt cùm dicas nouè, non dicas noua. Vinc. Lir. 27. Exo. 3. 1. *Nota.*

3. *Decretiſſimum eſt mihi ſcriptis meis addere pondus auctoritatis receptæ, quæ non meis, ſed veterum adeſt documentis & verbis. Itaque ſententias integras, imò & totas paginas, animus eſt ex Patribus adlegare, quæ faciunt cùm ad meas Præſcriptiones, tum ad alias ſcriptiones confirmandas. Nam iſtud meum patrimonium, mea poſſeſſio, quam, vt à maioribus accepi, ſic ad poſteros tranſmitto. Multo plura igitur ex Vincentio citabo propoſito noſtro*

noſtro opportuna. Docuit is licitum ornatiùs, venuſtiùs, illuſtriùs, quæ tradita ſunt, expolire modo nouo, nõ tamen inducere noua, quibus hæc ſubiungit. Sed forſitan dicet aliquis; Nullúſne ergo in Eccleſiâ Chriſti profectus habebitur religionis? Habeatur planè & maximus. Nam quis ille eſt tam inuidus hominibus, tam exoſus Deo, qui iſtud prohibere conetur? Sed ita tamen, vt verè profectus ſit ille fidei, non permutatio. Siquidem ad profectum pertinet, vt in ſemetipsâ vnaquæque res amplificetur: ad permutationem verò, vt aliquid ex alio in aliud tranſuertatur. Creſcat igitur oportet, & multùm vehementerque proficiat, tam ſingulorum, quàm omnium; tam vnius hominis, quàm totius Eccleſiæ, ætatum, ac ſęculorum gradibus intelligentia, ſcientia, ſapientia: ſed in ſuo duntaxat genere, in eodem ſcilicet dogmate, eodem ſenſu, eademque ſententiâ.

Vinc. Lir. cap. 28.

Fides proficiat, non mutetur.

Id. c. 29.

4. Imitetur animarum religio rationem corporum: quæ licet annorum proceſſu numeros ſuos euoluant & explicent; eadem tamen, quæ erant, permanent. Multum intereſt inter pueritiæ florem, & ſenectutis maturitatem; ſed iidem tamen ipſi fiunt ſenes, qui fuerant adoleſcentes: vt quamuis vnius eiuſdemque hominis ſtatus habituſque mutetur; vna tamen nihilominus, eademque natura, vna eademque perſona ſit. Parua lactentium membra, magna iuuenum: eadem ipſa ſunt tamen. Quot paruulorum artus, tot virorum; & ſi qua illa ſunt, quæ æui maturioris ætatê pariuntur, iam in ſeminis ratione proſerta, vt nihil nouum poſteà proferatur in ſenibus, quod non in pueris anteà latitauerit. Vnde nõ dubium eſt hanc eſſe legitimam & rectam proficiendi regulam; hunc ratum atque pulcherrimum creſcendi ordinem, ſi eas ſemper in grandioribus partes ac formas numerus detexat ætatis, quas in paruulis creatoris ſapientia præformauerat. Quòd ſi humana ſpecies in aliquam deinceps non ſui generis vertatur effigiem; aut certè addatur quippiam membrorum numero, vel detrahatur: neceſſe eſt, vt totum corpus vel intercidat, vel prodigioſum fiat, vel certè debilitetur. Ita etiam Chriſtianæ religionis dogma

Vt corpus infantile, ſic eadem creſcat religio.

ſequatur has decet profectuum leges; vt annis ſcilicet conſolidetur, dilatetur tempore, ſublimetur ætate: incorruptum tamen illibatumque permaneat; & vniuerſis partium ſuarum menſuris, cunctiſque quaſi membris ac ſenſibus propriis plenum atque perfectum ſit: quod nihil prætereà permutationis admittat, nulla proprietatis diſpendia, nullam ſuſtineat definitionis varietatem.

Triticum fidei à maioribus ſeminatum, à filiis ſeruandum.

5. Exempli gratiâ. Seuerunt maiores noſtri antiquitùs in hac Eccleſiaſticâ ſegete triticeæ fidei ſemina: iniquum valdè, & incongruum eſt, vt nos eorum poſteri pro germanâ veritate frumenti ſubdititium zizaniæ eligamus errorem. Quin potiùs hoc rectum & conſequens eſt, vt primis atque extremis ſibimet non diſcrepantibus, de incrementis triticeę inſtitutionis, triticei quoque dogmatis frugem demetamus: vt, cùm aliquid ex illis ſeminum primordiis acceſſu temporis euoluatur, & nunc lætetur, & excolatur; nihil tamen de germinis proprietate mutetur. addatur licet forma, ſpecies, diſtinctio; eadem tamen cuiuſq; generis natura permaneat. Abſit etenim, vt roſea illa Catholici ſenſus plantaria in carduos ſpinaſque vertantur. abſit, inquam, vt in iſto ſpiritali paradiſo de cynnamomi & balſami ſurculis lolium repentè atque aconîta proueniant. Quodcumque igitur in hac Eccleſiâ, Dei agriculturâ fide Patrum ſatum eſt, hoc idem filiorum induſtriâ decet excolatur & obſeruetur; hoc idem floreat & matureſcat; hoc idem proficiat & perficiatur. Fas eſt etenim, vt priſca illa cæleſtis Philoſophiæ dogmata proceſſu temporis excurentur, limentur, poliantur: ſed nefas eſt, vt commutentur; nefas, vt detruncentur, vt mutilentur. Accipiant, licet, euidentiam, lucem, diſtinctionem: ſed retineant neceſſe eſt plenitudinem, integritatem, proprietatem. Id. 30.

Licentia mutandi in fide nihil intactum relinquet.

6. Nam ſi ſemel admiſſa fuerit hæc impiæ fraudis licentia; horreo dicere, quantum exſcindendæ atque abolendæ religionis periculum conſequatur. Abdicatâ enim qualibet parte Catholici dogmatis; alia quoque, atque item alia, ac deinceps alia, & alia iam quaſi ex more & licito abdicabuntur. Porrò autem ſingulatim partibus repudiatis, quid aliud Ind. 31.

adex-

ad extremum ſequetur, niſi, vt totum pariter repudietur? Sed & è contrà ſi nouitia veteribus, extranea domeſticis, & prophana ſacratis admiſceri cœperint: proſerpat hic mos in vniuerſum neceſſe eſt, vt nihil poſthac apud Eccleſiam relinquatur intactum, nihil illibatum, nihil integrum, nihil immaculatum; ſed ſit ibidem deinceps impiorum ac turpium errorum lupanar, vbi erat antè caſtæ & incorruptæ ſacrarium veritatis. Sed auertat hoc à ſuorum mentibus diuina pietas: ſitque hic potiùs impiorum furor.

Iud. 31. 7. Chriſti verò Eccleſia, ſedula & cauta depoſitorum apud ſe dogmatum cuſtos, nihil in iis vnquam permutat, nihil minuit, nihil addit; non amputat neceſſaria, non apponit ſuperflua; non amittit ſua, non vſurpat aliena: ſed omni induſtriâ hoc vnum ſtudet, vt vetera fideliter ſapienterque tractando, ſi qua ſunt illa antiquius informata & inchoata, accuret & poliat. ſi qua iam expreſſa & enucleata, conſolidet, firmet. ſi qua iam confirmata & definita, cuſtodiat. Denique quid vnquam aliud Conciliorum decretis eniſa eſt, niſi, vt quod anteà ſimpliciter credebatur, hoc idem poſteà diligentiùs crederetur? quod anteà lentiùs prædicabatur, hoc idem poſteà inſtantiùs prædicaretur? quod anteà ſecuriùs colebatur, hoc idem poſteà ſollicitiùs excoleretur? Hoc, inquam, ſemper, neque quicquam prætereà, hæreticorum nouitatibus excitata Conciliorũ ſuorum decretis Catholica perfecit Eccleſia; niſi, vt, quod priùs à maioribus ſolâ traditione ſuſceperat, hoc deinde poſteris etiam per ſcripturæ chirographum conſignaret, magnam rerum ſummam paucis litteris comprehendendo: & plerumque propter intelligentiæ lucem, non nouum fidei ſenſum nouæ appellationis proprietate ſignando.

Eccleſia fidem non mutat, ſed illuſtrat.

8. *At enim ne quis cauilletur*, Depoſitum *iſtud non potuiſſe tam integrum illibatumque cuſtodiri tot ſæculis & ætatibus; tanto temporum interuallo, hominibus diſcedentibus, labente memoria*, ex omnibus animi partibus maximè delicatâ & fragili, in quam primùm ſenectus incurrit; *obſtrepentibus tot veritatis interfectoribus, adultero ſenſu, ſtilo corruptore; denique hu-*

Depoſitum fidei gratiâ Dei integrum cuſtoditum.

Sen. 1. Cont.

maná negligentiá, & innatá malitiá in peius ſemper proclinante: hic ſcrupulus, ne quem vrgeat, eximitur, cùm oſtendit Apoſtolus, quá ratione Depoſitum *æternùm cuſtodiri poſſit, inquiens*; Bonum depoſitum cuſtodi per Spiritum ſanctum, qui habitat in nobis. *Quod per homines eſt impoſſibile, fieri poſſe docet per Spiritum ſanctum*. Neque enim humanæ animæ, humanæque virtutis eſt, tam multa depoſita dignè poſſe ſeruare. Cur id? Quia feruent cuncta latronibus, denſiſſimæ imminent tenebræ: inſtat præterea diabolus & inſidiatur; neſcimus quâ horâ, quo immineat tempore. Quomodo igitur, inquit, cuſtodire ſufficimus? Per Spiritum ſanctum, *quem nobiſcum perenniter manſurum Chriſtus promiſit*. 2.Tim.1.14. Chryſ. ho. 3. in 2. Tim. Io.14.16.

Patres docuére, quod filij ſemper tenuére.

9. *Legimus in Pſalmo*; Quanta mandauit patribus noſtris, nota facere ea (*Dei beneficia*) filiis ſuis, vt cognoſcat generatio altera! filij, qui naſcentur & exurgent, & narrabunt filiis ſuis. *Vides, vt Dei prouidentiá, & quantá curá parentes poſteros docuerint verum Dei cultum? Certè cùm tam accuratè in veteri Teſtamento iſta actitata ſint; ſanè non indiligentiùs in nouo Teſtamento hæc procurantur*. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij; conſtitues eos principes ſuper omnem terram. *Promittit loco parentum filios Eccleſiæ naſcituros, qui potiantur imperio orbis terrarum: filij Apoſtolorum ſucceſſores Epiſcopi & Prælati Eccleſiæ, qui omnes nationes Chriſtianá religione imbuerunt. atque hæ non obliuiſcentur, ſed* Memores erunt nominis tui in omni generatione & generationem. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſæculum ſæculi. *Quia iſti principes non deficient, populi confitebuntur tibi confeſſione veræ fidei & laudis; cùm principum horum miniſterio atque officio populi Chriſtianá doctriná imbuti, in ea conſeruabuntur, quãdiu ſteterit orbis. Manifeſta hæc, & certa promiſſio eſt ſemper Euangelij duraturi.* Pſ.77.6. Pſ.44.17.

Promiſſum id in Prophetá.

10. *Itaque ſolerti traditione Patrũ, & diligenti cuſtodiá filiorum perennat, perennabitque per Spiritum ſanctum Apoſtolica doctrina, & fidei regula toto orbe terrarum ab initio diſſeminata ac tradita: quod etiam multo clariùs iam olim Euangelicus Vates prænunciauit*; Et timebunt, qui ab occidente nomen Domini; & qui ab ortu Solis gloriam eius, cùm venerit, quaſi fluuius violentus, Iſa.59.19.

lentus,quem Spiritus Domini cogit;& venerit Sion redemptor,& eis,qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus. Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus,qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus, amodò & vſque in ſempiternum. *Dubio procul hoc pactum Euangelij ſempiternum,hoc fœdus*
Cyrill. Alex. in Iſa. *nullâ obliuione delendũ,nullius vi,fraude extinguendũ.* Hoc enim verbum fidei in nobis erit perpetuò, & de ore noſtro non ceſſabit:ſed illud ad poſteritatem vſque tranſmittemus;ſic enim iuſtificabuntur & poſteri. Si enim ſemper Chriſtus ſit & Deus, & Dominus: numquam deſinet fidei confeſſio apud eos,qui illius apparitionem agnouerunt.

11. *Ad perpetuitatem viæ ſalutis, quæ in rectâ fide eſt, ſtabiliendam, faciunt illa Chriſti Saluatoris iuramenta aliquoties apud* *Chriſti iuramenta confirmãt, & promiſſiones.*
Matth.24. 34. *Euangeliſtas repetita*; Amen dico vobis,quia non præteribit generatio hæc,donec omnia hæc fiãt. Cælum & terra tranſ-
Marc.13. 31. ibunt; verba autem mea non præteribunt. *Generationem in-*
Luc 21. 32 Theoph. in Matth. *telligit fidelium*, quaſi hoc dicens: Non præteribit generatio fidelium, donec omnia hæc fiant. Non enim, quia auditis famem, & peſtilentiam, credatis, quòd generatio fidelium his malis intereat: ſed permanebit, & nihil illi præualebit.
Iſa.40. 8. *Eódem ſpectat illud Prophetæ*; Verbum Domini noſtri manet
Dan.7.27. in æternum. *Nam* regnum, & poteſtas,& magnitudo regni, quæ eſt ſubter omne cælũ,datur populo ſanctorũ Altiſſimi, cuius regnum regnũ ſempiternum eſt. *De regno Chriſti prælocutum Iſaiam indubitatũ eſt. Qui cùm eſſet abiturus ex hoc mun-*
Matth.28. 20. *do ad Patrem,etiam his verbis confirmauit diſcipulos*; Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. *Non potuit Chriſtus Eccleſiam ſuam dereliquiſſe.*
Hiero. hoc loco. Qui enim ad conſummationem ſæculi cum diſcipulis ſe futurum eſſe promittit: & illos oſtẽdit ſemper eſſe victuros, & ſe numquam à credentibus receſſurum. *Non potuit vllo tempore Chriſtus Eccleſiam deſeruiſſe, ſed neque Spiritus eius:*
Io.14.16. *dixit enim*; Ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis,vt maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis,

quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum; vos autem cognoſcetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. *vt à Paullo iure vocetur Eccleſia Columna & firmamentum veritatis. Proinde non deſperandum, quin poſſit in Chriſti Eccleſiâ veritas inueniri. & verò inuenietur, cùm didicerimus veritatis Magiſtros & fidei non odiſſe.* 1.Ti.3.15.

Ne ſimus rationum oſores, vt hominum. 12. *Fiet, vti confido, ſi Platonis ſalutare monitum in pectus demittamus;* Ne rationum oſores euadamus, quemadmodum nonnulli hominum oſores fiunt: nullum enim maius, quàm hoc, malum nobis poteſt accidere. *Multi, dum ſuorum aſſeuerationibus credunt, in tantum decipiuntur, vt damnatis omnibus malint vniuerſa ſuſpendere, quàm de fallacibus iudicare.* Igitur nobis prouidendum eſt, ne odio identidem ſermonum omnium laboremus: ita, vt in execrationem & odium hominum ſimpliciores efferantur. Nam incautè creduli circumueniuntur ab his, quos bonos putauerunt: mox errore conſimili iam ſuſpectis omnibus, vt improbos metuunt, quos optimos ſentire potuerunt. In Phæd. Min.Fel. Octa.

PRÆSCRIPTIO VII.

Perenni ſucceſſione Pontificum apud Romanos, euidentiſſimè conuinci Eccleſiam Romanam Apoſtolicam eſſe.

1. D*E vnius, ſanctæ, Catholicæ, Apoſtolicæ notis Eccleſiæ nonnulli doctè & neruosè ſcripſerunt, quibus aduerſarij noſtri non ad rhombum reſpondent: &, ſi conentur, numquam facient ſatis. De multis Eccleſiæ Catholicæ ſignis & notis, vna mihi è præcipuis præſcribenda venit aduerſus hæreticos, quæ nos omnes in ſinu Catholicæ matris debeat continere.* In Catholicâ Eccleſiâ, vt omittam ſinceriſſimam ſapientiam, ad cuius cognitionem pauci ſpiritales in hac vitâ perueniunt; vt eam ex minimâ quidem parte, quia homines ſunt, ſed tamen ſine dubitatione cognoſcant; ceteram quippe turbam non intelligendi viuacitas, ſed credendi ſimplicitas tutiſſimam facit. Tho. Boz. Rob.Bell. Aug. cont. ep. Funda. cap 4.

facit.vt ergo hanc omittam ſapientiam,quam in Eccleſiâ eſſe
Catholicâ non creditis, multa ſunt alia, quæ in eius gremio
me iuſtiſſimè teneant. Tenet conſenſio populorum atque
gentium; tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nu-
trita, charitate aucta, vetuſtate firmata; tenet ab ipsâ ſede
Io. 21. 17. Petri Apoſtoli,cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem
Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopa-
tum ſucceſſio Sacerdotum;tenet poſtremò ipſum Catholi-
cæ nomen, quod non ſine causâ inter tam multas hæreſes
ſic iſta Eccleſia ſola obtinuit, vt cùm omnes hæretici ſe
catholicos dici velint,quærénti tamen peregrino alicui,vbi
ad Catholicam conueniatur; nullus hæreticorum vel baſili-
cam ſuam,vel domum audeat oſtendere. Iſta ergo tot, &
tanta Chriſtiani nominis chariſſima vincula rectè homi-
nem tenent credentem in Catholicâ Eccleſiâ; etiamſi
propter noſtræ intelligentiæ tarditatem,vel vitæ meritum,
veritas nondum ſe apertiſſimè oſtendat. Apud vos autem,
vbi nihil horum eſt quod me inuitet ac teneat, ſola perſonat
veritatis pollicitatio. quæ quidem, ſi tam manifeſtè mon-
ſtratur,vt in dubium venire non poſſit;prǫponenda eſt om-
nibus illis rebus, quibus in Catholicâ teneor. Si autem tan-
tummodò promittitur,& non exhibetur: nemo me moue-
bit ab eâ fide, quæ animum meum tot & tantis nexibus
Chriſtianæ religioni aſtringit.

Multa in Eccleſiâ nos teneāt; tum etiam ſucceſſio Pontificum cōtinuata.

2. *Notandum priſcos patres pro Catholicâ fide ſtabiliendâ fir-
miter niti illâ perenni Pontificum ſucceſſione apud Romanos: vnde
& mihi operæpretium eſt de illâ numquam interruptâ (quod ipſi
aduerſarij, etſi impudenter velint,negare tamen non poſſunt) paullò
vberiùs & copioſiùs diſſerere. Perennem iſtam ſucceſſionem vi-
deo à Spiritu ſancto iam olim promiſſam,quia neceſſaria eſt ad ædifi-
cationem Eccleſiæ. Quemadmodum ab initio Chriſtus Dominus bo-*
Ephe. 4. 11 *nus paſtor Eccleſiæ ſuæ conſuluit*, cùm ipſe dedit quoſdam qui-
dem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò
Euangeliſtas,alios autem Paſtores & Doctores ad conſum-
mationem Sanctorum,in opus miniſterij,in ædificationem
corporis Chriſti: *ita in omne æuum non defuturos bonos patres
fami-*

Illa conti-nuatio ſucceſſionis diuinitus promiſſa.

familiæ pollicitus eſt, qui patrimonium eius, vt acceperunt, ſic ad poſteros fideliter tranſmiſerunt, ſemperque alij ſecuturi tranſmittent. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Memores erunt nominis tui in omni generatione & generationem. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſæculum ſæculi. *Alloquitur Vates diuinus Eccleſiam, cui hæc talis à Deo promiſſio. O Eccleſia!* genuerunt te Apoſtoli, ipſi miſſi ſunt, ipſi prædicauerūt, ipſi patres. Sed nunquid nobiſcum corporaliter ſemper eſſe potuerunt? Et ſi vnus ipſorum dixit, Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto multò magis optimum eſt: manere in carne neceſſarium propter vos. dixit hoc quidem: ſed quamdiu hîc manere potuit? nunquid ſi vſque ad tempus hoc, nunquid vſque in poſterum? Ergo illorum abſceſſu deſerta eſt Eccleſia? abſit. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. quid eſt, pro patribus tuis nati ſunt tibi filij? Patres miſſi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolis filij nati ſunt tibi, cōſtituti ſunt Epiſcopi. Hodie enim Epiſcopi, qui ſunt per totum mundum, vnde nati ſunt? Ipſa Eccleſia patres illos appellat, ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in ſedibus patrum. Non ergo te putes deſertam, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum; quia non vides illos, per quos nata es: de prole tuâ creuit tibi paternitas, pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Vide templum regis quam latè diffuſum eſt: vt nouerint virgines, quæ non adducuntur in templum regis, non ſe ad iſtas nuptias pertinere. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Hæc eſt Catholica Eccleſia. filij eius conſtituti ſunt principes ſuper omnem terram, filij eius conſtituti ſunt pro patribus. Agnoſcant qui præciſi ſunt: veniant ad vnitatem, adducantur in templum regis.

[Margin: Pſ. 44. 17. — Aug. hoc loco. — Phil. 1. 23. — Nota.]

3. *Obſeruatione prorſus dignum eſt, apud Eccleſias ferè omnes, quas Apoſtoli ceteri fundauerunt, religione per impios & infideles extinctâ; Romæ, cui Petrus & Paullus totam doctrinam cum ſanguine ſuo profuderunt, Apoſtolicam traditionem & doctrinam illibatam hodieque ſeruari; illam fidem, quæ Apoſtolo prædicante* annun-

[Margin: Quâ patres conuicerunt cunctos hæreticos.]

Rom. 1. 8. annunciatur in vniuerſo mundo. *Et vnde, inquies, probatum oſtendes illam Romanenſem fidē Apoſtolicam? Plurima argumenta Catholici habemus. adi Scriptores noſtros: ſi ſeriò quæris, inuenies veritatem. Vnam modò tibi continuam ſucceſſionem ingero Sacerdotum Petri Chriſtiani omnes hæreticorum prophanas nouitatos debellaſte, hoc ariete munitiones eorum deiecerunt. Audi veterrimum Irenæum Epiſcopum, & martyrem Lugdunenſem.*

Lib. 3. adu. hæreſ. 3. Traditionem Apoſtolorum in toto mundo manifeſtatam in omni Eccleſiâ adeſt perſpicere omnibus, qui vera velint audire. & habemus annumerare eos, qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſiis, & ſucceſſores eorum vſque ad nos: qui nihil tale docuerunt, neque cognouerunt, quale ab his deliratur. Sed quoniam valde longum eſt in hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones: maximæ & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paullo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ, eam quam habet ab Apoſtolis Traditionem, & annunciatam hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſcoporum peruenientem vſque ad nos, indicātes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam ſententiam, præterquàm oportet, colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam, propter potentiorem principalitatem neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndique fideles: in quâ ſemper ab his, qui ſunt vndique, conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis, Traditio. Fundantes igitur, & inſtruentes beati Apoſtoli Eccleſiam, Lino Epiſcoparum adminiſtrandæ Eccleſiæ tradiderunt. Huius Lini Paullus in his quæ ſunt ad Timotheum epiſtolis meminit. Succedit autem ei Anacletus. poſt eum tertio loco ab Apoſtolis Epiſcopatum ſortitur Clemens, qui & vidit ipſos Apoſtolos, & contulit cum eis, cum adhuc inſonantem prædicationem Apoſtolorum, & Traditionem ante oculos haberet. Huic autem Clementi ſuccedit Euariſtus, & Euariſto Alexander, ac deinceps ſextus ab Apoſtolis conſtitutus eſt Sixtus, & ab hoc Teleſphorus, qui etiam glorioſiſſimè martyrium fecit. ac deinceps Hyginus. pòſt Pius, poſt quem

In illâ ſucceſſione etiam doctrina Apoſtolica continuata.

2. Tim. 4. 21.

F Ani-

Anicetus. Cùm autem ſucceſſiſſet Aniceto Soter, nunc duodecimo loco Epiſcoparum ab Apoſtolis habet Eleutherius. Hac ordinatione & ſucceſſione, ea, quæ eſt ab Apoſtolis in Eccleſiâ Traditio, & veritatis præconiatio peruênit vſque ad nos. Et eſt pleniſſima hæc oſtenſio, vnam & eandem viuificatricem fidem eſſe, quæ in Eccleſiâ ab Apoſtolis vſque nunc ſit conſeruata & tradita in veritate.

Roma prima Cathedra à ſucceſſoribus S. Petri ſemper inſeſſa.

4. *Optatus Mileuitanus eodem armorum inſtructus genere, facilè Donati partem ſuperauit. His verbis alloquitur Parmenianum;* Videndum eſt, qui, & vbi prior Cathedra ſederit. Si ignotas, *Lib. 2. adu. Parmen.* diſce: ſi noſti, erubeſce. ignorantia tibi aſcribi non poteſt: reſtat ergo, vt noueris. Scientem errare peccatum eſt: nam ignorantibus nonnumquam ſolet ignoſci. Igitur negare non potes, ſcire te in vrbe Româ Petro primo Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam, in quâ ſederit omnium Apoſtolorum caput Petrus, vnde & Cephas appellatus eſt. in quâ vnâ Cathedrâ vnitas ab omnibus ſeruaretur, ne ceteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderent: vt iam ſchiſmaticus & peccator eſſet, qui contra ſingularem Cathedram alteram collocaret. Ergo Cathedrâ vnicâ, quæ eſt prima de dotibus, ſedit prior Petrus, cui ſucceſſit Linus, Lino ſucceſſit Clemẽs, Clementi Anacletus, Anacleto Euariſtus, Euariſto Sixtus, Sixto Teleſphorus, Teleſphoro Iginus, Igino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter, Soteri Eleutherius, Eleutherio Victor, Victori Zepherinus, Zepherino Calixtus, Calixto Vrbanus, Vrbano Pontianus, Pontiano Antherus, Anthero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano Sixtus, Sixto Dionyſius, Dionyſio Fœlix, Fœlici Eutichianus, Eutichiano Caius, Caio Marcellinus, Marcellino Marcellus, Marcello Euſebius, Euſebio Miltiades, Miltiadi Syluester, Sylueſtro Marcus, Marco Iulius, Iulio Liberius, Liberio Damaſus, Damaſo Siricius hodie, qui noſter eſt ſocius, cum quo nobis totus orbis commercio Formatarum in vnâ communionis ſocietate concordat. Veſtræ Cathedræ vos originem reddite, qui vultis vobis ſanctam Eccleſiam vindicare. *Sic & B. Auguſtinus maiorum* *Epiſt. 165.* *veſti-*

veſtigiis inſiſtens, cùm aduerſus Donatiſtas ordinem ſuccedentium ſibi Romanorum recenſuiſſet Pontificum, inquit; in hoc ordine ſucceſſionis nullus Donatiſta Epiſcopus inuenitur: *tu adde; nullus Lutheranus, nullus Caluiniſta.*

5. *Et neſcio, quâ fronte ſibi audeant hæreſes aſſerere Catholicam Eccleſiam, quæ ab Apoſtolis inceperit; cùm nec ab Apoſtolis originem ducant, nec Apoſtolicam doctrinam teneant. Tamen* ſi quæ audent interſerere ſe ætati Apoſtolicæ, vt ideò videantur ab Apoſtolis traditæ, quia ſub Apoſtolis fuerunt: poſſumus dicere, Edant ergo origines Eccleſiarum ſuarum, euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum ita per ſucceſſionem ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerint, habuerit auctorẽ & anteceſſorem: hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicę cenſus ſuos deferũt. Sicut Smyrneorum Eccleſia habens Polycarpũ, ab Ioanne conlocatum refert. Sicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit. proinde vtique & ceteræ exhibent, quos ab Apoſtolis in Epiſcopatum conſtituros, Apoſtolici ſeminis traduces habeant. confingant tale aliquid hæretici. quid enim illis poſt blaſphemiam illicitum eſt?

Tertull. de præſ. 32.

Nõ poſſunt hæretici origines ederе ſuarum Eccleſiarum.

Ibid. 6. Sed etſi confinxerint, nihil promouebunt: ipſa enim doctrina eorum cum Apoſtolicâ comparata ex diuerſitate & contrarietate ſuâ pronuntiabit, neque Apoſtoli alicuius auctoris eſſe, neque Apoſtolici. Quia ſicut Apoſtoli non diuerſa inter ſe docuiſſent: ita & Apoſtolici non contraria Apoſtolis edidiſſent; niſi illi, qui ab Apoſtolis deſciuerunt & aliter prædicauerunt. Ad hanc igitur formam prouocabuntur ab illis Eccleſiis, quæ licet nullum ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis auctorem ſuum proferant vt multò poſteriores, quæ denique quotidie inſtituuntur: tamen in eâdem fide conſpirantes non minus Apoſtolicæ deputantur pro conſanguinitate doctrinæ. Ita omnes hæreſes ad vtramque formam à noſtris Eccleſiis prouocatæ probent ſe, quâ quâ putant, Apoſtolicas. Sed adeò nec ſunt, nec poſſunt probare, quod non ſunt. nec recipiuntur in pacem & in communi-

Earum doctrina cum Apoſtolicâ pugnat.

cationem ab Eccleſiis quoquo modo Apoſtolicis, ſcilicet, ob diuerſitatem Sacramenti nullo modo Apoſtolicæ.

Hæreticorum ſedes cathedra peſtilentiæ.

7. *Itaque* eorum, qui extra Eccleſiam, vel contra Eccleſiam ſedes ſibi inſtituerunt, Cathedram peſtilentię dicimus. Qui enim inconceſſa præſumit, reus eſt: quanto magis, ſi & corrumpat traditionem eius, cuius ſedem vſurpat? Nam & ordinem ab Apoſtolo Petro cœptum, & vſque ad hoc tempus per traducem ſuccedentium Epiſcoporum ſeruatum perturbant, ordinem ſibi originé vendicantes, hoc eſt, corpus ſine capite profitentes: vnde congruit etiam eorum ſedem Cathedram peſtilentiæ appellare. *Perennis illa Romanorum Pontificum ſucceſſio tot inter excitatas aduerſus Romanam fidem tempeſtates, tot inter perſecutiones & hæreſes ad noſtra tempora durans euincit irrefragabiliter opus hoc non ex hominibus, ſed ex Deo eſſe; quod aduerſarij etſi maximè velint, tamen diſſoluere non poſſint.*

Aug. quæſt. 110. qq. vet. & no. teſt.

Act. 5. 39.

Petri ſucceſſor eiuſdem cum Petro auctoritatis.

8. *Et valde mirum ſit, ſi negent iſti à ſucceſſoribus Apoſtolorum tam ritè quempiam in ſucceſſorem Petri ſubrogari, quàm Apoſtoli in locum Iudæ proditoris elegerunt Mathiam. In quo & hoc feriò nota: ipſum Mathiam, licet non electum à Chriſto, ſed ab hominibus, nihilo tamen minorem cum ceteris Apoſtolis auctoritatem habuiſſe; nam* annumeratus fuit cum vndecim Apoſtolis: *ita, qui ab hominibus deliguntur in locum Petri, non dubiè pari cum Petro poteſtate præditos eſſe. Nam* illius in ſede ſuâ viuit poteſtas, excellit auctoritas.

Act. 1. 26.

Leo ſer. 2. in anniu. aſſump. ſuæ.

9. In illum autem ordinem Epiſcoporum, qui ducitur ab ipſo Petro vſque ad Anaſtaſium (*imò Paullum V.*) qui nunc eandem cathedram ſedet, etiamſi quiſquã traditor per illa tempora ſubrepſiſſet, nihil præiudicaret Eccleſiæ, & innocentibus Chriſtianis: quibus Dominus prouidens ait de præpoſitis malis; Quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt. vt certa ſit ſpes fidelibus, quæ non in homine, ſed in Domino collocata, numquam tempeſtate ſacrilegi ſchiſmatis diſſipetur.

Aug. epiſt. 165.

Matth. 23. 3.

Quamobrem cum magno Antiſtite moneo; Venite, fratres, ſi vultis,

Aug. in Pſal. contra Don.

vultis, vt inſeramini in vite. dolor eſt, cùm vos videmus *Perennis* præciſos ita iacere. Numerate Sacerdotes vel ab ipsâ Petri *illa ſucceſſio num-* ſede: & in illo ordine, quis cui ſucceſſit, videte. IPSA EST *quam inter-* PETRA, quam non vincunt ſuperbæ inferorum portæ. *ruptura.*

PRÆSCRIPTIO VIII.

Vt Petro Chriſtus contulit, velut ſuo vicario, primatum & regimen totius Eccleſiæ: ſic Romanum Pontificem in iiſdem ſuccedere Petro.

1. *Paucis abſolui, quæ viſum dicere de perenni Pontificum ſucceßione,* in quâ conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis, Traditio, & annunciata hominibus fides per ſucceſſiones Epiſcoporum perueniens vſque ad nos. *Hanc, quæ mutuantur Eccleſiæ, & quotquot vllo tempore ſunt mutuatæ, Apoſtolicæ cenſentur propter traducem fidei, & ſemina doctrinæ ab Apoſtolis accepta. Tum etiam diuinitus ordinatum, ne corpori, & ouili Eccleſiæ caput vllo tempore deſit, aut Paſtor. Chriſtus Paſtor ſummus nō modò Petri ætate ouili ſuo, ſed aliis etiam ouibus aliarū ætatum proſpectū voluit temporibus futuris: vt, quoad durat tempus oues paſcendi, vnum ouile ſit & vnus paſtor; bonitate Dei in ſalutem humani generis homines aduocante.* Verbum enim caro factū fuerat, & habitabat iam in nobis, & reparando humano generi totum ſe Chriſtus impēderat. Nihil indiſpoſitum ſapientiæ, nihil erat arduū poteſtati. Famulabantur elementa, miniſtrabant ſpiritus, angeli ſeruiebant: nec vllo modo poterat inefficax eſſe Sacramentum, quod ſimul ipſius Deitatis vnitas operabatur, & Trinitas. Et tamē de toto mundo vnus Petrus eligitur, qui & vniuerſarum gentium vocationi, & omnibus Apoſtolis, cunctiſque Eccleſiæ Patribus præponatur: vt, quamuis in populo Dei multi ſacerdotes ſint, multique paſtores: omnes tamen propriè regat Petrus, quos principaliter regit & Chriſtus. *& poſt exceſſum Petri perpetuis temporibus Pontifex Eccleſiæ calculis electus vniuerſum orbem propriè regat, quem principaliter regit & Chriſtus. hic* pri-

Iren. lib. 3. adu. her. cap. 3.

Eccleſiæ corpore nūquam deerit caput in terris.

Leo. Ser. 3. in anniuer. aſſum. ſuæ.

primarius paſtor: ille ſecundarius, paſcens ouilis Chriſti pecudes; quarum curam tum Petro, tum Petri ſucceſſoribus commiſit *ipſe Chriſtus.* Chryſ. li. 2. de Sacerdo.

Petro commiſſa Eccleſiæ gubernatio.

2. *Præſcripſi ergo aduerſus Nouatores, Romanum Pontificem Petro ſuccedere in Eccleſiaſticâ hierarchiâ, quomodo B. Petrus regimen Eccleſiæ accepit à Chriſto: id quod nunc quoque comprobandum venit, ſed paucis: quando complures ante me preſſè & neruosè hoc argumentum tractauerint. Tria ſunt, quæ ſententiam noſtram firmant, à Chriſto dicta ad Petrum. Primum*; Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Math. 16. 18. *Alterum*; Et tibi dabo claues regni cælorum. & quodcumq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cęlis: & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. *Tertium*; Ibid. Paſce oues meas. *Chriſtus Petra, & lapis angularis, primarium* Io. 21. 17. *Eccleſiæ fundamentum*; (fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus) 1. Cor. 3. 11 *cùm promiſiſſet olim*, Tu es Simon filius Ionæ, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur, Petrus; Io. 1. 42. *tum demum fecit, vocauitque Petrum, ſiue Petram, cùm diceret*; Tu es Petrus; & *velut fundamentum ſecundarium iecit, ſupra quod fundauit Eccleſiam ſuam: atque id citra Chriſti iniuriam, quando* ciues ſanctorum, & domeſtici Dei ſuperædificati ſint ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. Ephe. 3. 20 *Nam* & murus ciuitatis habet fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum agni. Apo. 21. 14 *Nec hoc ſolùm, ſed etiam (quod ferè eòdem ſpectat) ſumma huius domus, ciuitatis, ſiue Eccleſiæ poteſtas, quæ per claues deſignatur, Petro promiſſa tribuitur, cùm ei cura ouium paſcendarum committitur. Qui paſtorem agit, oues regit, ducit, reducit, præeſt, caſtigat, dirigit, curatque omnia, ne quid ouibus deſit ad ſalutem. Talis Petrus in Eccleſiæ hierarchiâ.* Primatus Petro datur, vt vna Chriſti Eccleſia, & Cathedra vna monſtretur. Cypr. de vnit. Eccle.

Etiam ſucceſſori commiſſum Eccleſiæ regimen.

3. *Eccleſia Chriſti ad finem vſque mundi duratura, domus eſt Dei, & ouile Chriſti: quibus regendis & dirigendis, ſiue conſummandis ſicut Chriſtus* dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam Pro- Eph. 4. 11.

Prophetas, alios Euangeliſtas, alios Paſtores & doctores: *ita etiam rectorem vnum in terris, & ſummum paſtorem præeſſe, & præſidere decreuit. Neque enim vllo tempore ouile Chriſti perire, neque Petrus ſemper potuit viuere; vt prorſus opus ſit* Leo, ſer. 2. in an. aſſump. ſuæ. *ſucceſſore.* in cuius perſonâ ille intelligatur, ille honoretur, in quo & omnium paſtorum ſollicitudo cum commendatarum ſibi ouium cuſtodiâ perſeuerat; & cuius etiam dignitas in indigno hærede non deficit. Innoc. 3. r. Dec. tit. 33 de maior. & ob. c. 6. Solitæ. *Quidam ſedis iſtius hæres iure ſic ſcripſit:* Nobis in B. Petro ſunt oues Chriſti commiſſæ, dicente Domino, Paſce oues meas; non diſtinguens inter has & alias: vt alienũ à ſuo demonſtraret ouili, qui Petrum & ſucceſſores ipſius magiſtros non agnoſceret & paſtores.

4. *Omne corpus perfectum caput habeat neceſſe eſt. &, amabò te, poſitis affectibus æquiſſimus æſtimatores. Ipſa res & ratio nónne dictant, vt ibi ſuccedat, & quidem in eodem iure & auctoritate* Ibi caput Eccleſiæ, vbi mortuo Petro delectus ſuccedit. Euſ. Chro. ann. 44. *pontifex ſummus, vbi deceſſit* Petrus Apoſtolus natione Galilæus, Chriſtianorum Pontifex primus? *Et verò ſuccedit, velut vertex, columen & caput totius Eccleſiæ: vt ideò B. Cypria-* Ep. 55. *nus vocet* Cathedram Petri Eccleſiã principalem, vnde vnitas ſacerdotalis orta eſt. *Et hanc ſacerdotum, ſiue Pontificum perennem ſucceſſionem quis poteſt negare? Ab ipſo Petro in hodiernũ diem numquam Petri ſucceſſor defuit: quicumque demum ille ſit,* Bern. lib. 2. de conſid. c. 8 *hunc lubet dulcis illius doctoris verbis compellare;* Quis es? Sacerdos magnus, ſummus Pontifex. Tu Princeps Epiſcoporum, Nota, nota tu hæres Apoſtolorum; tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus. tu es, cui claues traditæ, cui oues creditæ ſunt. Sunt quidem & alij cæli ianitores, & gregum paſtores: ſed tu tantò glorioſius, quantò & differentius vtrumq; præ ceteris nomẽ hęreditaſti. habẽt illi ſibi aſſignatos greges, ſinguli ſingulos: tibi vniuerſi crediti, vni vnus: nec modò ouiũ, ſed & Paſtorum; tu vnus omnium paſtor.

5. *Quamobrem iam olim rectè in Concilio Florentino definitum* Romano Pontifici primatus eſt in vniuerſo orbe. Seſſ. vlt. *fuit,* Romanum Pontificem primatum in vniuerſo orbe tenere; beatique Petri principis Apoſtolorum ſucceſſorem, ac ve-

* Forſan addendum Chriſti. ac verum * vicarium; & totius Eccleſiæ caput; ac omnium Chriſtianorum patrem & doctorem eſſe: ipſique ad paſcendam, regendam, & gubernandam vniuerſam Eccleſiam, plenam à Domino noſtro Ieſu Chriſto poteſtatem fuiſſe traditam, *quæ copioſius & vberiùs ſequentes præſcriptiones explicabunt.*

PRÆSCRIPTIO IX.

Pontificem Romanum velut Caput Eccleſiæ ſemper habitum fuiſſe.

Caput omnium Chriſtus. Caput Eccleſiæ eius Vicarius.

1. DE *capite Eccleſiæ Chriſti in terris dicturo, præſcribendum quoque eſt, non eſſe præter rationem, non contra Deum, fateri Deum omnium eſſe caput primum ac principale: ſed tamen ſub Deo caput eſſe Eccleſiæ in terris.* Omnis viri caput Chriſtus eſt. caput autem mulieris, vir. caput verò Chriſti, Deus. *Caput omnium Deus, caput mulieris, vir. Caput omnium Deus in cælis & in terris; Caput in politicâ Imperator in terris. quid vetat ſimiliter fateri, Petri ſucceſſorem caput Eccleſiæ militantis in terrâ? An Deus maiorem curam egit Synagogæ, quàm Eccleſiæ? Pollicitus iam olim eſt futurum ſe in ore Moſis & fratris Aaronis, oſtenſurumque quid agere deberent. inquit;* Et ipſe loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his, quæ ad Deum pertinent. *Adhæc Moſes aſcenſurus in montem ad Dominum, ne populus capite careret, dixit;* Habetis Aaron & Hur vobiſcum: ſi quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad ipſos. *Numquam Synagogæ Iudæorum defuit locus, quem elegit Dominus, neque Iudex cum Sacerdotibus Leuitici generis,* qui iudicarent iudicij veritatem, cùm difficile & ambiguum apud illos iudicium eſſet, inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam; lepram & non lepram, *& iudicium inter portas videbatur variari. Ita prorſus Chriſtus aſcenſurus in cælum pro ſe conſtituit Petrum, eiusque Succeſſores, qui os Chriſti, & in his, quæ ad populum, iudicantes inter difficile & ambiguum iudicij veritatem.* Sanè cùm Deuteronomium lex ſecunda interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, vt quod

1. Cor. 11. 3.
Exo. 4. 15.
Iud. 24. 14
Deut. 17. 8
Innoc. 3. lib 4 decr. tit. 17. cap. 13 Per venerab.

quod ibi decernitur, in nouo teſtamento debeat obſeruari: locus enim, quem elegit Dominus, Apoſtolica Sedes eſſe cognoſcitur.

Bonifa. 8. 1. Extra. com. tit. 8. de maio. & obed. cap. 1. Vnã ſanctam.

Qui Petrus, & eius ſucceſſor.

2. Vnam Sanctam Eccleſiam Catholicam, & ipſam Apoſtolicam, vrgente fide credere cogimur & tenere; noſque hanc firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur: extra quam nec ſalus eſt, nec remiſſio peccatorum, Sponſo in Canticis proclamante; Vna eſt columba mea, perfecta mea. vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ, quæ vnũ corpus myſticum repræſentat, cuius caput Chriſtus, Chriſti verò Deus. in quâ vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma. Vna nempe fuit diluuij tempore Arca Noë vnam Eccleſiam præfigurans, quæ in vno cubito conſummata, vnum (Noë videlicet) gubernatorem habuit & rectorem; extra quam omnia ſubſiſtẽtia ſuper terram legimus fuiſſe deleta. Hanc autem veneramur & vnicam, dicente Domino in Prophetâ; Erue à frameâ Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. pro animâ enim, id eſt, pro ſeipſo capite ſimul orauit, & corpore; quod corpus vnicam, ſcilicet, Eccleſiam nominauit, propter ſponſi, fidei, Sacramentorum, & charitatis Eccleſiæ vnitatem. Hæc eſt tunica illa Domini inconſutilis, quæ ſciſſa non fuit, ſed ſorte prouẽnit. Igitur Eccleſiæ vnius & vnicæ vnum corpus, vnum caput, non duo capita, quaſi monſtrum, Chriſtus videlicet & Chriſti vicarius Petrus, Petrique ſucceſſor, dicente Domino ipſi Petro; Paſce oues meas. & generaliter, non ſingulariter has, vel illas: per quod commiſiſſe ſibi intelligitur vniuerſas. Siue ergo Græci, ſiue alij, ſe dicant Petro eiuſque ſucceſſoribus non eſſe commiſſos: fateantur neceſſe ſe de ouibus Chriſti non eſſe, dicente Domino in Ioanne; Vnum ouile, & vnicum eſſe paſtorem.

Cant. 6. 8. — Epheſ. 4. 5. — Gen. 6. 16. — Pſal. 21. 21 — Ioan. 19. 23. — Ioã. 21. 17. — Ioã. 10. 16.

Eccleſia cur vna dicatur. — *Nota, nota.*

Iuſtinia. Imp. Authent. Vt Eccleſ. Ro. cent. ann. gaud. præſ.

Roma patria legum, fons ſacerdotij.

3. *Itaque* vt legum originem anterior Roma ſortita eſt: ita & ſummi Pontificatus apicem apud eam eſſe, nemo eſt qui dubitet. Vnde & nos neceſſarium duximus, Patriam legum, fontem Sacerdotij, *caput eſſe orbis terrarum teſtimoniis minimè pœnitendis, ſed illuſtribus certisque comprobare. Iure cete-*

ris omnibus præponemus Concilium Nicænum. Ille,qui tenet Se- Can. 39.
dem Romæ, caput eſt, & Princeps omnium Patriarcharum: quandoquidem ipſe eſt primus, ſicut Petrus, cui data eſt poteſtas in omnes principes Chriſtianos, & omnes populos eorum; vt, qui ſit Vicarius Chriſti Domini noſtri ſuper cunctos populos, & vniuerſam Eccleſiam Chriſtianam. & quicumque contradixerit, à Synodo excommunicatur. *Næ, venerabilis Nicænæ Synodi fixa decretis, nullâ poſſunt improbitate conuelli, nullâ nouitate mutari.*

Cõſtãtinus Imp. Pontificem Rom. caput omnium declarauit.

4. Conſtantinus Magnus primo die ſui baptiſmatis le- Io. Nauct. vol. 2.
gem prouulgauit, vt Chriſtus tamquam verus Deus ab Gen. 11.
omnibus veneraretur; & quicumque Chriſtiano faceret iniuriam, dimidio bonorum ſuorum priuaretur. Vt Romanus Pontifex caput ab vniuerſis Epiſcopis haberetur. *Theodorus Balſamon poſtremam legem his verbis latam ſcribit*; Decer- In Nomocan. Phot. tit. 8.
nentes ſtatuimus, vt Romana Eccleſia habeat principalem poteſtatem, & ſit caput quatuor ſedium, ſedis Alexandrinæ, Antiochenæ, Hieroſolymitanæ, & Conſtantinopolitanæ; &, vt ſemel dicam, omnium totius orbis Eccleſiarum. *Quid igitur? an à Conſtantino tandem, vt Romanus Pontifex Eccleſiæ caput eſſet, accepit? minimè. quin potiùs, quod in Vicario ſuo Chriſtus inſtituit, ſuâ lege ſeruandum Imperator ſanciuit.*

5. Conſtantius Conſtantini filius *grauis Catholicorum perſecutor, vtpote Arianus, emergente veritate etiam Romani Pontificis ſummam ſuper omnes agnouit auctoritatem: quod ipſum verbis Ammiani Marcellini manifeſtè commonſtratur. Athanaſium Synodus quædam remouit.* intendebatur ei à propoſito Am. Marcell. li. 15.
legis abhorrentia, cui præſidebat. Hunc per ſubſcriptionem abiicere ſede ſacerdotali paria ſentiens ceteris iubente principe, Liberius monitus perſeueranter renitebatur. nec viſum hominem, nec auditum damnare, nefas vltimum ſæpè exclamans; apertè ſcilicet recalcitrans Imperatoris arbitrio. Id enim ille Athanaſio ſemper infeſtus licet ſciret implementum: tamen auctoritate, quâ potiuntur æternæ vrbis Epiſcopi, firmari deſiderio nitebatur ardenti.

Auctoritas vrbis æternæ Epiſcopi.

6. Va-

In ep. ante Concil. Chalced. to.2.Conc.

Locum habet de fide, & ſacerdotib. iudicare.

6. Valentinianus Imperator *de primatu Sedis Romanæ in hæc verba ſcripſiſſe legitur*: Debemus dignitatem propriæ venerationis B. Apoſtolo Petro intemeratam in noſtris temporibus conſeruare: quatenus beatiſſimus Romanæ ciuitatis Epiſcopus, cui principatum Sacerdotij ſuper omnes antiquitas contulit, locum habeat, & facultatem de fide, & ſacerdotibus iudicare.

Theolog. Iurid.

Et principatum in Epiſcopatu.

7. Valentinianus & Martianus AA. *item ad Leonem* PP. I. Ad hoc maximum imperium venimus Dei prouidentiâ, & electione Senatus excellentiſſimi, cunctæque militiæ: vnde pro reuerendâ & Catholicâ religione Chriſtianæ fidei, cuius auxiliis virtutem noſtræ potentiæ cõfidimus gubernari; tuam ſanctitatem Principatum in Epiſcopatu diuinæ fidei poſſidentem ſacris litteris in principio iuſtum credimus alloquendam; inuitantes atque rogantes, vt pro firmitate & ſtatu noſtri Imperij æternam diuinitatem tua ſanctitas deprecetur: vt & tale propoſitum atque deſiderium habeamus; quatenus omni impio errore ſublato, per celebrandam Synodum te auctore, maxima pax circa omnes Epiſcopos fidei Catholicæ fiat, ab omni ſcelere pura & intemerata conſiſtens. Actum Conſtantinopoli in conſulatu Domini Valentiniani perpetui Auguſti.

Hier. adu. erro. Io. Hierol. 3.

Conſul Romanus Ethnicus agnouit.

8. *Damaſi ætate in tantum creuerat auctoritas Pontificum Romanorum & potentia, vt Prætextatus ille*, qui deſignatus Conſul eſt mortuus, homo ſacrilegus, & idolorum cultor, ſoleret ludens beato Papę Damaſo dicere; Facite me Romanæ vrbis Epiſcopum, & ero protinus Chriſtianus.

C. Iuſt. de Sum. Trin. & fide Cathol. l. Nos Reddẽtes.

Imperator Pontificem honorat vti patrem.

Et vnitatem ſedis Rom. cuſtodire cupit.

9. Iuſtinianus Imperator I. *Ioannem Pont. II. agnoſcit Caput Eccleſiæ, ſic ad ipſum ſcribens*; Reddentes honorem Apoſtolicę Sedi, & veſtræ ſanctitati, (quod ſemper nobis in voto & fuit, & eſt.) & vt decet Patrem honorantes veſtram beatitudinem; omnia, quæ ad Eccleſiarum ſtatum pertinent, feſtinauimus ad notitiam deferre veſtræ ſanctitatis. Quoniam ſemper nobis fuit magnum ſtudium vnitatem veſtræ Apoſtolicæ Sedis, & ſtatum ſanctarum Dei Eccleſiarum

cuſtodire, qui hactenus obtinet, & incommotè permanet nullâ intercedente contrarietate. Ideoque omnes Sacerdotes vniuerſi Orientalis tractus, & ſubiicere & vnire Sedi veſtræ Sanctitatis properauimus. In præſenti ergo, quæ commota ſunt (quamuis manifeſta & indubitata ſint, & ſecundùm Apoſtolicę veſtrę Sedis doctrinam ab omnibus ſemper Sacerdotibus firmè cuſtodita, & prædicata) neceſſarium duximus, vt ad notitiam veſtram perueniât. Nec enim patimur quicquam, quod ad Eccleſiarum ſtatum pertinet, quamuis manifeſtum & indubitatum ſit, quod mouetur, vt non

Quæ caput omnium Eccleſiarum. etiam veſtræ innoteſcat Sanctitati, quæ CAPVT EST OMNIVM SANCTARVM ECCLESIARVM.

10. *Quàm multa in hoc vnico ſcripto, quæ veterem ac veram Catholicorum obſeruantiam indicant aduerſus Sedem Romanam! dum Imperator Iuſtinianus tam verè quàm manifeſtè vocat Sedem Apoſtolicam; cuius vnitatem illi ſemper fuit ſtudium cuſtodire; cui velit omnes Sacerdotes ſubijcere, & vnire: nimirum, Sanctitas Pontificis Romani Pater eſt omnium, & caput omnium ſanctarum Eccleſiarum. Ita perſpicuum fit Romanam Eccleſiam eſſe*, in quâ ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit principatus. Aug. ep. 162. cap. 1.

In quâ viguit ſẽper Apoſtolicæ Cathedræ principatus.

11. Fredericus I. Imperator, *aliquando nimiùm hoſtilis Eccleſiæ Romanæ, & rebellis Apoſtolicæ Sedi, mortuo Adriano Pont. contra ſucceſſorem eius Alexandrum III. quatuor pſeudopontifices creans, Eccleſiam Romanam grauiter afflixit: ipſum quoque Pontificem verbis, ſcriptis, armis perſequutus eſt, & quotquot cum eo faciebant. Attamen is idem Fredericus, non in ipsâ re errans, ſed in perſonis, manifeſtè prædicat Romanam Sedem matrem eſſe, dominam & magiſtram omnium Eccleſiarum; cui etiam ab ipſo Imperatore obedientia præſtanda ſit, & congruens honor exhibendus. Ita ipſe ſcribit ad Imperatorem Conſtantinopolitanum:*

FRE-

Al. Krantz. 6. Sax. 37.

FREDERICVS diuinâ fauente clementiâ, inclytus, triumphator, Romanorum Imperator, à Deo coronatus, ſublimis in Chriſto, fidelis, magnus, pacificus, glorioſus Cæſar, Græcorum moderator, & ſemper Auguſtus, nobili & illuſtri regi Græcorum, & Imperatori Emanueli, dilecto fratri noſtro Salutem, & fraterni amoris affectum.

Sicut ille rex regum, à quo omnis poteſtas, Romanum Imperium caput totius orbis conſtituit: ita etiam Sedem Romanæ Eccleſiæ omnium Eccleſiarum vnicam matrem, dominam, magiſtramque ordinauit. quod vtique duorum numero gladiorum ſignauit, quos dixit orbi ſufficere ipſe auctor fidei Chriſtianæ. Quapropter tuam prudentiam commonemus, quatenus nobis, & Romano Imperio honorem debitum recognoſcas; & ſummo Pontifici, quem nomine ſanctum appellas, debitam exhibeas obedientiam & honorem.

Rom. Eccleſia mater omnium Eccleſiarũ, & domina.

Nota.

11. *Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem, Romanum Pontificem illi præſidentem Chriſti in terris Vicarium agnouit Ioſeph Patriarcha Conſtantinopolitanus in Concilio Florentino, vbi hæc ipſa res grauiſſimè controuertebatur inter Latinos & Græcos. Is ſub mortem ſcripto ſuo hæc conteſtatus eſt:*

Cõc. Flor. Seſſ. vlt.

IOSEPH miſeratione diuinâ Conſtantinopolis & nouæ Romæ Archiepiſcopus, ac œcumenicus Patriarcha.

Quoniam ad extremum vitæ meæ peruêni, idcircò pro meo munere dilectis filiis benignitate Dei meam ſentẽtiam his litteris palàm facio. Nam quæ Domini noſtri Ieſu Chriſti Catholica & Apoſtolica Eccleſia Romæ veteris ſentiat ac celebret, omnia me quoque ſentire, credereque profiteor, ac ipſis plurimùm acquieſco. Beatiſſimum autem Patrum

Pont. Rom. Pater Patrum, Vicarius Chriſti.

Patrem, ac ſummum Pontificem, Romæque veteris Papam Domini noſtri Ieſu Chriſti Vicarium eſſe, concedo. atque animarum Purgatorium eſſe non inficior. Datum Florentiæ die octauâ menſis Iunij, milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono.

Cui Indi capita ſubmittunt. 13. *Quid Indi Orientales, & Occidui, & Japonenſes, quotquot etiam religioni Chriſtianæ aſſeruntur; nónne capita ſua huic capiti ſubmittunt?* Dum impij nouatores irritum reddere conati Teſtamentum Chriſti, nempe factas à Chriſto Petro promiſſiones, diuiſi ſunt ab Eccleſiâ Romanâ; tunc magis cor Chriſti Eccleſiæ appropinquaſſe cognoſcitur, cùm nouum ei adiecit Orbem, qui per tot ſæcula errore ſepultus inter mortuos fuerat deputatus. *Et ô diuinam prouidentiam!* ô terribilem Deum in conſiliis ſuper filios hominum! Septimo anno poſt natum in Germaniâ dogma Lutheranum, in nouo orbe Martinus Valentinus, *ex Ordine Minorum*, vitæ ſanctitate & miraculorum operibus inclaruit, & cæcis gentibus Euangelij lucem ſinceram, quam Germania, Martino Luthero Apoſtatâ duce faſtidiuit, inuexit. *Tam* magna vis eſt veritatis, merſa emergit, & in naturâ ſuâ immobilis manens firmitatem naturæ ſuæ quotidie, dum attentatur, acquirit. Hoc enim Eccleſiæ proprium eſt, vt tum vincat, cùm læditur; tum intelligatur, cùm arguitur; tum obtineat, cùm deſeritur.

Barō. to. 6. An. in Append. de legat. Eccl. Alexand.

L. Sur. Comm. an. 1558.

Vis magna veritatis.

Hilar. lib. de Trin. 7.

14. Dauid Æthiopiæ rex *potentiſſimus, & ipſe prorſus agnoſcit Romanum Pontificem caput omnium, atque adeò etiam patrem ſuum, epiſtolâ ad Clementem VII. Pont. M. hæc eius verba*: In nomine Dei Patris omnipotentis, creatoris cæli & terræ, viſibilium & inuiſibilium. In nomine Dei Filij Ieſu Chriſti, qui eſt idem cum ipſo à principio mundi; & eſt lumen de lumine, & Deus verus de Deo vero. In nomine Dei Spiritus ſancti, Dei viui, qui proceſſit ex Deo Patre. Has litteras ego rex mitto, cuius nomen leones venerantur, & Dei gratiâ vocor Atani Tinghil, id eſt, Thus virginis, filius regis Dauid, filius Salomonis, filius regis per manum Mariæ, filius Nau per carnem; filius ſanctorum Petri & Pauli per

Chron. Amandi Ziriczæi. ann. 1533.

gra-

gratiam. Pax ſit tibi, iuſte Domine, Pater ſancte, potens, pure, ſacrate, qui es caput Pontificum omnium; & neminem metuis, cùm nemo poſſit tibi maledicere; qui es vigilantiſſimus ſupra animas curator, & amicus peregrinantium; conſecratus magiſter & prędicator fidei; & earum rerum hoſtis; quæ cõſcientiam offendunt; amator optimorum morum, vir ſanctus, quem omnes laudant & benedicunt. O felix ſancte Pater, ego tibi reuerenter obedio, cum ſis * pax omnium, & cuncta bona merearis: & ita æquum eſt, vt omnes tibi obedientiam præſtent, ſicut ſancti Apoſtoli præcipiunt, & apud Deum hoc verè iuſtum eſt. Ita etiam præcipiunt, vt veneremur Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Prælatos. Similiter, vt te loco patris amemus, & loco regis vereamur, & tibi, vti Deo, fidem habeamus. Propterea dico ego humiliter ad terram genibus flexis, tibi pater ſancte, ſincero admodum corde, quòd tu pater meus es, & ego filius tuus, *&c. Calidi affectus, & ſinceri cordis hæc verba: vt mirum non ſit nuperrimè cunctas Æthiopum Eccleſias cum Alexandrino Patriarchâ ſe Eccleſiæ Romanæ fœdere renouato ſubdidiſſe.*

Caput omnium Pontificum PP.

** Fer. pater*

Heb. 13. 17

Rex illi genua flectit.

And. Maſ. poſt lib. Barcepha de parad.

15. *Moſes Mardenus Aſſyrius, Patriarchæ Antiocheni Legatus, ſuo & Patriarchæ ſui nomine fidem ſuam Romæ Anno D. milleſimo quingẽteſimo quinquageſimo tertio, Iulio, III. Pont. in hæc verba profeſſus eſt;* Recipio Doctores ſelectos, & paſtores veros, qui inſtituerunt ſanctam Eccleſiam Romanam, ac Patres omnes, qui in eâ habentur ab initio Chriſtianæ religionis vſque ad hunc diem. Obteſtor itaque Patrem Patrum, & Paſtorem Paſtorum, ornamentum omnium dignitatum, coronam capitum noſtrorum, ac lumen oculorum noſtrorum, benedictionem vniuerſæ Reipub. Chriſtianæ, portantem claues regni; fontem, ex quo profluit ſuauitas, Pontificem Iulium Tertium, qui accepit ſignaculum nomine Trinitatis: vt dignetur acceptare hanc meam profeſſionẽ meo nomine, atque etiam nomine Patriarchæ noſtri.

Antiochenus Patriarcha Pontifici ſubucitur.

Ind.

16. *Patriarcha electus in fine profeſſionis ſuæ fidei ſic habet:* Veneramur quoque, & exaltamus, atque laudamus Eccle-

ſiam

ſiam Romanam, & caput eius Papam ſanctum, atque omnes proles ipſius benedictas. Nam ita habetur in libris noſtris, quòd Sacerdotium noſtrum ex iſtâ Eccleſiâ Romanâ ſit: & propterea venimus ad accipiendum fermentum à vobis, ſicut ſcriptum eſt in epiſtolâ noſtrâ.

17. *Epiſtola quoque populi Neſtoriani An.* D. CIↃ. IↃ.LII. *ex Seleuciâ Parthorum ad pontificem Rom. data pro initiando Patriarchâ, ſic incipit:* Patri Patrum, & paſtori maximo, concinnanti Ind.

Pont. Rom. Petrus noſtri temporis, & Paulus.

mitras, vngentiq; Sacerdotes, & cingenti zonis, Petro temporis noſtri, ac Paullo dierum noſtrorum, & cingulo cōprehendenti vniuerſum cœtum Chriſtianorum. Qui es loco Chriſti Domini noſtri, tu ſedes in ſede altâ & ſublimi principis Apoſtolorū, tenētis claues regni cęleſtis, cui ore ſuo ſalutari Dominus noſter dixit; Quicquid ligaueris in terrâ, erit ligatum & in cælo. & ſuper eam fundauit Eccleſiam ſuam, aduerſus quam portæ inferi nihil valebunt in generationem generationum. nunc porrò eam tibi dedit Chriſtus Deus

Nota, nota.

noſter, & Seruator noſter, vt ſedeas ſuper eam. Tu item es fons, cuius aquæ non deficiunt: & quiſquis ſitiuerit, æquum eſt, vt ex te bibat aquas vitales, vt ſedet ſitim ſuam. Tu es lucerna, quæ non extinguitur; ſed illuſtrat omnes creaturas vt candela, quæ eſt ſuper candelabrum. & vt Ioannes Baptiſta, qui poſuit dexteram ſuam ſuper caput Chriſti Dei noſtri. & in te videt lumen vniuerſa Reſpublica Chriſtiana, quæ eſt proles Eccleſiæ ſanctæ. Tu es murus fortis ciuitatis, & matris ciuitatum Romæ magnæ, quam piſcatus eſt princeps diſcipulorum Petrus, & prudens architectus Paullus, qui lumen præbuerunt omnibus hominibus diſtentis atque implicatis errore Satanæ. Tu es caput omnium Patrum, ſicut erat Petrus caput omnium diſcipulorum; cui vt eſt data ſedes alta & ſublimis in terrâ: ſic his vltimis temporibus alta excelſaque eſt ſedes tua, ipſa Roma magna & celeberrima.

18. Alexandrini *quoque, velut inutile ſegmentum, à vite Romanæ Eccleſiæ ſciſſi, noſtro tandem ſæculo ex errorū & diſſidiorum ſepulchris,* quaſi nouâ reſurrectione, ad vitam reuocati, Matri

omnium

Baron.to.6 in append. de legat. Eccl. Alex. omnium Romanæ redduntur Eccleſiæ, ex quâ fuerant propagati, cariſſima ſoboles, Marci filij; & cum ipſis omnes Ægypti prouinciæ, atque his communione coniuncta vniuerſa Eccleſia Æthiopica: ita vt magno miraculo, rerum verſâ vice, Æthiopes dealbentur, dum ſuper carbones facies Borealium denigrantur. *Pauca ex litteris Patriarchæ Alexandrini ad Clementem VIII. P. M. hic adſcribemus*. Humilis

Indid. An. 1593. Nou. 22. Gabriel Dei gratiâ famulus ſedis S. Marci in vrbe Alexādrinâ Ægyptiâ, & in omnibus aliis locis ſibi cōiunctis, Auſtralibus, Maritimis, & Æthiopicis nonageſimus ſeptimus Patriarcharum, S. Marci Euangeliſtę ſucceſſor ſalutem impartitur, atq; oſculum offert ſpirituale Patri, Domino, Patrum Patri, Patriarcharum Principi, tertiodecimo Apoſtolorum glorioſi Domini noſtri Ieſu Chriſti, & quinto SS. Euangeliſtarum, S. Petri Apoſtoli ſucceſſori, Petræ fidei ſuper eius Cathedrâ in magnâ Româ ſedenti, cui data eſt à Deo poteſtas ligandi atque ſoluendi; cuius mentio fit in ſacro Euan- *Pont. Rom. decimus tertius Apoſtolorũ, quintus Euangeliſtarum.*

Matth. 16. 19. gelio, cùm dicit; Tibi, ô Petre, dedi claues regni cælorum: quod ligaueris in terris, ligatum erit in cælis; & quod ſolueris ſuper terram, ſolutum erit in cælis. Tu enim loco eius conſtitutus & ſucceſſor es ſuper terram, Pater noſter, & Dominus noſter, atque corona capitis noſtri, Dominus Papa Clemens Octauus, Papa Romæ. Gratias agimus Deo Altiſſimo, eumque ſanctificamus & magnificamus, quòd te conſtituit Chriſtus Catholicæ fidei habenas tenentem, & ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Dei Eccleſiæ fundamenta ſeruantem, miſericordem & pium ſuper vniuerſum populum Chriſtianum, ac diligentem omnes in Chriſtum credentes, inſtar beatiſſimi Petri, qui te ſuccedere fecit in eius Cathedram. Tu, qui effectus es caput, & maximus Patriarcharum, & Magiſter, & Prædicator totius populi Dei; illos doctrinis tuis ſpiritualibus irrigas, eoſque ſermonibus tuis cibas ſalutaribus. *Deinde poſt alia legatus Gabrielis Patriarchæ Alexandrini prædicti, in fidei explicatione coram*

Baronius ind. Romę An. 1595. Feb. 15. *ſummo Pontifice nomine eius etiam hæc profeſſus eſt*: Teneo & cōfiteor ſanctam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum; & ipſum *Cui in vniuerſum orbem primatus.*

Romanum Pontificem ſucceſſorem eſſe B. Petri Principis Apoſtolorum,& verum Chriſti Vicarium,totiuſque Eccleſiæ eſſe caput,& omnium Chriſtianorum patrem ac doctorem exiſtere; & ipſi in B.Petro paſcendi,regendi,& gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto poteſtatem traditam eſſe: cuius Eccleſiæ vnitatem tanti faciendam eſſe affirmo, vt nullos extra eandem Eccleſiam Catholicam exiſtentes æternæ vitæ participes fieri poſſe confitear. *Iſti* gementes,vt columbæ, murmurantes in cordibus ſuis *noluerunt deinceps columbam ſeductam ſequi*; *ſed* Nah. 2.7. *illam potiùs, quæ rediit ad Noë in arcam* portans ramum oliuæ Oſe 7. 11. Gen. 8. 11. virentibus foliis in ore ſuo, *in quam coruus non regreditur. Nouatores noſtri coruum ſequuntur.*

Pont. Rom. Succeſſor Petri Vicarius Chriſti.

19. *Rutheni quoque, cùm intelligerent non eſſe ſalua membra illa, quæ capiti non cohærent; & reſciſſum à vite palmitem germinare non poſſe; præciſum à fonte riuum areſcere; nec poſſe Deum habere patrem, qui habere noluerit Eccleſiam matrem, quæ vna eſt Catholica & Apoſtolica ſub vno viſibili capite Romano Pontifice, qui eſt* Pater Patrum, & Paſtor Paſtorum : *conſultò redierunt in gratiam & communionem cum Eccleſiâ Romanâ, talem profeſſionem fidei omnium nomine legato ipſorum inter alia coram Summo Pontif. Clemente VIII. Anno Chriſti* 1595. *pronunciante*: Credo, Baron. to. 7 An. 1595. & confiteor ſanctam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pōtificem in vniuerſum orbem tenere primatum. & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem ac doctorem exiſtere. & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe; quemadmodum etiam in actis Oecumenicorum Conciliorum, & in ſacris Canonibus continetur. *& paullò pòſt*. Sanctam Catholicam & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem & magiſtram agnoſco; Romanoque Pontifici beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo, & iuro.

Illi in Petro data poteſtas Eccleſiam gubernandi.

Magna

Ind. Bar. tom. 7. *Magna certè, ſed & futura ſperatur acceſſio maior: cùm propè ad duodecim millia & Monaſteriorum & Eccleſiarum ad gremium matris Eccleſiæ Romanæ redierint.*

20. *Ne verò cuiuſquam erronis ſuperbia à recto tramite Religionis aliquem retrahat aut retardet: habet orbis Chriſtianus* Henricum IV. Francorum & Nauarræ regem Chriſtianiſſimum *in exemplum; vt non recti apud nos locum error teneat, factus publicus: ſed qui ſequuti ſunt errantem, ſequantur & pœnitentem. Et plurimos ſequi priuato, publico regni bono valdè gratulatur Eccleſia.* Non eſt leuitas à cognito & damnato errore diſcedere; & ingenuè fatendum eſt, Aliud putaui, deceptus ſum. Hæc verò ſuperbæ ſtultitiæ perſeuerantia eſt, Quod ſemel dixi, qualecumque eſt, fixum ratumq́ue ſit. Non eſt turpe cum re mutare conſilium. *Is igitur in ſe reuerſus ſurrexit, venit ad indulgentiſſimum patrem, à quo ſanctæ reconciliationis oſculo lætiſſimè acceptus, ſtola, anulo, imò ſceptro & regno decoratus auctuſque, cùm ſit* Prima ſalus rectæ fidei regulam cuſtodire, & à conſtitutis Patrum nullatenus deuiare; *cùm ſit* pietas regni immobile fundamentum; *tota Gallia ianuam aperuit Catholicæ religioni ad miraculum in dies magis magiſque inualeſcenti: dum lapſi ſurgunt, titubantes confirmantur, fortiùs in auita fide fortes roborantur. Næ, quocumque venerit Arca Domini, facile idolum Dagon ſternit, manibus & capite mulctat.* Nihil eſt enim, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe; nihil eſt, quod ita nequeat occaſui ſubiacere, quàm vera Religio. Nam cùm auctorem vitæ, vel luminis vtraque reſpiciunt: rectè & tenebras reſpuunt, & neſciunt ſubiacere defectui. *Floret, Arcâ Domini liberatâ, regnum illud Chriſtianiſſimum lætiùs, præ vt memoriâ patrum, compoſitis cunctis difficultatibus non efflorebit, ſed vberiores fructus promittet feretq́ue, ſi, quæ cœpit, pietas perenniter perſeueret. Quotquot igitur hactenus paſſim vagabundi non ducem ſequuntur, ſed fremitum & clamorem diſſonum in diuerſa vocantium, decernant tandem, & quò tendant, & quà: habent peritum, & cui explorata omnia: hunc ſequantur.*

Margin notes: Henricus IV. Rex Gallìarum Pont. Rom. reconciliatur. — Sen. 4 Benef. 18. — Iuſtinia. ad Eulal. — 1. Reg. 5. 3. — Cod. Inſt. l. Inter varias de Sũ. Trin. & fide Cath. — Nota.

21. *Appoſitè & ſapienter Romanus ſapiens:* Nulla res nos maio-

Margin notes: Sen. De vita bea. c. 1. — Errores ne ſequendi.

maioribus malis implicat, quàm quòd ad rumorem componimur, optima rati ea, quæ magno aſſenſu recepta ſunt, quorumque exempla nobis multa ſunt; nec ad rationem, ſed ad ſimilitudinem viuimus. Inde iſta tanta coaceruatio aliorum ſupra alios ruentium. Quod in ſtrage hominum magnâ euenit, cùm ipſe ſe populus premit, nemo ita cadit, vt non alium in ſe attrahat; primi exitio ſequentibus ſunt: hoc in omni vitâ accidere videas licet; nemo ſibi tantùm errat, ſed alij erroris cauſa & auctor eſt. Nocet enim applicari antecedentibus: & dum vnuſquiſque mauult credere, quàm iudicare, numquam de vitâ iudicatur, ſemper creditur; verſatque nos & præcipitat traditus per manus error, *Nec traditus error.* alieniſque perimus exemplis. Sanabimur, ſi modò ſeparemur à cœtu; *ſi, vt ſidera, contrarium mundo iter ineamus. Non deeſt dux peritus, cui explorata omnia: præiuit, ſequamur. Præiuit Rex; ſequantur duces, ſequantur nobiles, nationes errantes, & populi.*

22. *Romanam Sedem caput orbis terrarum, & vi legum eſſe munitam, magni viri verbis comprobabo; Lipſium dico, cuius vnius eſt iudicium inſtar omnium. inquit;* Quod etiam nunc, *De magni. Rom. ad lect.* quicquid tranquilli & pacati eſt in re Chriſtianâ, id manat ab vnico illo capite, quod auctoritate ſacrâ nobis præeſt. *Romanus Dictator Pontifex Roma.* Romanus ille Dictator, vt ſic appellem, & Pōtifex, fulcrum, aut vinculum eſt, quod ſuſtinet, quod ligat labentes, aut diſſentientes in malè compacto hoc ædificio partes. Abite non impij ſolùm, ſed imperiti, qui aliter nobis conſtar hanc ipſam Romam, & ſacrum in eâ imperium fuiſſe, & eſſe velut anchoram fluctuanti diu Europæ. Mira Dei benignitas in hanc vrbem! cùm Legionum vim eripuit, legum attribuit; cùm armis imperare noluit, ſacris indulſit: & ſic quoque fecit eam decus, tutelam, columen rerum. Atqui Senatus ille vetus non eſt, inquiunt. Non ille, ſed alius: & vide mihi in iſtâ purpurâ ex omni noſtro orbe ſelectos proceres, moribus, prudentiâ, annis ſpectandos. Si vetus ille Cyneas redeat, & hunc conſeſſum videat: nihil ambigat vel cum Regibus iterum, vel cum Heroibus comparare.

Quid tributa? non tam mulra, ſed magis innoxia,& vltronea ſunt. Quid legationes gentiū?nec eæ deſunr,& ex noto ignotoque orbe (tanta diffuſio maieſtatis huius eſt) concurritur,& iura ac leges ſacrorum hinc petunt. Ipſi Reges & Principes adeunt, & inclinātur, & obnoxia capita vni huic capiti ſubmittunt. Quid principes,aut homines loquor?ipſi aërei,terreni, inferi Spiritus ſiue Genij verētur ac trepidant, & cęleſtem illā in rerris poteſtarem vel inuiti ac reluctantes agnoſcunt. Gaude igitur non maior,ſed melior iam Roma; non cultior, ſed ſanctior: & diu ſedes & habitaculum ſacri huius Imperij (ex animo vouemus) eſto.

Cui reges capita ſubmittūt.

23. *Iure merito Sedes B. Petri, & quotquot inſederint, atque etiā eam inſeſſuri ſunt, cunctis Chriſtianis ſummo honore ſunt habēdi. Quis ſanctum dubitet, quē apex talis dignitatis attollit?* Aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui erigūtur illuſtrat. Certè nullus in orbe terræ magiſtratus reperiri poteſt, in quo plures idoneos viros mirari queas. Nam cùm adhuc Romani Pontifices ampliùs ducenri & triginta fuerint; quis in illo numero tot marryres, tot egregios doctores, tot excellentes Iuriſconſultos, tor humanis negotiis inſtructiſſimos, tot diuinos propè & laudandos, maximè ſcriptis rerum diuinarum humanarumque, non magnoperè admiretur? At non iidem omnes fuēre: credo. Sed hoc conſidero, eos, de quibus loquimur, angelos non fuiſſe, ſed homines.

Ennodius apud Pap. Maſſon. Symacho l.2. de Epiſ. vrbis.

Inter pontifices tot præſtantes viri.

24. *Eſto nonnulli peccauerint:* nunquid Dominus Ieſus Chriſtus propter Phariſæos, de quibus ait; Dicunr enim & non faciunr; carhedræ, in quâ ſedebant, vllam fecit iniuriam? nónne illam carhedram commēdauit, & illos ſeruato cathedræ honore redarguit? ait enim; Carhedram Moyſi ſedent; quæ dicunt, facite, quæ aurem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt. Hæc ſi cogitaretis, non propter homines, quos infamatis, blaſphemaretis cathedram Apoſtolicam, cui non communicatis. Sed quid eſt aliud, quàm neſcire quid dicere: & tamen non poſſe niſi maledicere?

Aug. l.2. cont. lit. Petil. 51.

Etſi etiam inter eos, qui peccauerint.

Matth. 23. 3.

PRÆSCRIPTIO X.

Romano Pontifici, vt Eccleſiæ capiti, Principes maximos, Chriſtianiſſimoſq́ ab omni æuo ſummum honorem exhibuiſſe.

Sacerdotij dignitas.

1. SAcerdotium ſumma eſt omnium bonorum, quæ in hominibus conſiſtunt: quod ſi quis inhonorauerit, Deum inhonorat, & Dominum Ieſum Chriſtum primogenitum totius creaturæ, & ſolùm naturâ principem Sacerdotem Dei. *Contrà, munus hoc venerans non tam hominem ſacerdotio fungentem honorat, quàm Chriſtum, cuius officium explet.* *Quare ſi regnum Sacerdotio omponis, inferius eſt.* Hoc enim imperium tantò ci[illegible] excellentius eſt, quantùm cælum terrâ, imò etiam multò præſtantius. *& paucis alterum alteri componamus.* Regi corpora commiſſa ſunt, Sacerdoti animæ. Rex maculas corporum remittit, Sacerdos maculas peccatorum. Ille cogit, hic exhortatur: ille neceſſitate, hic conſilio: ille habet arma ſenſibilia, hic ſpiritualia: ille bell[illegible]m gerit cum barbaris, huic bellum eſt aduerſus dæmones. Maior hic principatus. propterea Rex caput ſubmittit manui Sacerdotis, & vbique in vetere Scripturâ Sacerdotes inungebant reges. *Nec manibus Sacerdotum pij reges dumtaxat ſe ſubmittebant, verumetiam ſe demittebant ad pedes, & ſacratorum veſtigiorum oſcula. Si res ita habet etiam in Sacerdote ordinis inferioris; quid de ſummo opinandum Sacerdote? Et tamen, (quæ illorum malignitas) ringuntur hîc aduerſarij, nec tantum honorem ferre poſſunt. dilaudarent porrò ſi pij eſſent, & admirarentur priſcorum Principum ſummã aduerſus Romanos Pontifices reuerentiam & venerationem. Pauca exempla ſubiungam, ſi priùs, quod de Alexandro Magno tradunt hiſtorici, commemorauero.*

Ignat. ep. ad Smyrn.

Chryſ. ho. 15 in 2. ad Cor.

Præſtat regno.

Id. hom. 4. de verbis Iſaiæ.

Alexander M. Pont. Iudæorum honorauit.

2. *Scribunt Alexandrum Macedonum regem Iudæis iratum, cum exercitu Hieroſolyma properantem minas ſpiraſſe, quod irati reges ſolent: verùm aliter accidit. Nam poſt preces Iaddus Pontifex Iudæorum, quas pro ſalute ciuitatis & gentis obtulerat,* Ioſep. l. 11. Anti. Iud. 8. cap. 8.

iube-

iubetur monente Deo bono animo eſſe, & Alexandro coronatâ vrbe portas aperire; vtque populus in albis veſtibus prodiret obuiam: ipſe verò cum reliquis Sacerdotibus ſolenni cultu ſui ordinis ſecurus de Dei prouidentiâ. Alexander vt vidit è longinquo candidatum populum, & Sacerdotes ante agmen in amictu byſſino, Pontificemque in ſtolâ hyacinthinâ auro diſtinctâ, tiaram in capite geſtantem cum præfixâ aureâ laminâ inſculptâ Dei nomine: ſolus ad eum accedens nomen illud adorauit, & primus ſalutauit Pontificem. Iudæis autem omnibus vno ore Alexandrum conſalutantibus & in orbem cingentibus, Syriæ reges & reliqui obſtupuerunt, vix credentes regem mentis compotem. Solus Parmenio propiùs accedens rogauit, quid ita, cùm ipſe adoraretur ab omnibus, nunc adoraret Iudæorum Pontificem? At ille non hunc ſe adoraſſe reſpondit, ſed Deo, cuius Pontifex eſſet, honorem eum exhibuiſſe. hunc enim, inquit, vidi & anteà hoc ipſo habitu, cùm adhuc eſſem in Dio Macedoniæ, qui me deliberantem, quomodo Aſiam poſſem ſubigere, hortatus eſt forti eſſe animo, & ſine morâ exercitum traiicere: nam ſuo ductu potiturum me Perſarum imperio. Quapropter quia nunc primùm talem habitum vidi, agnoſcens hunc, & viſionis memor, quæ me ad hanc expeditionem impulit: puto me non ſine numine in Darium exercitum ducere, & fore victoriæ compotem, & ſublato Perſarum imperio ceſſura mihi omnia ex ſententiâ. Hæc locutus ad Parmenionem, & comiter complexus Pontificem, deducentibus Sacerdotibus in vrbem peruênit. Et cùm aſcendiſſet in templum, immolauit Deo ex Sacerdotis præſcripto, ac Pontifici quoque ſuum honorem exhibuit.

3. *Alexander homo profanus, rex tamen potens, aſpectu Dei, quem in eius ſacerdote cernebat, ſe demiſit ad pedes Iaddi ſummi Pontificis Judæorum: quantò iuſtius, quòd reges, & Jmperatores intuitu Chriſti ſe proiecerint ad pedes Vicarij Chriſti? quod non rarò ab illis factum, lectorem pium mouere debet ad reuerentiam ſummam ſummo Chriſtianorum Pontifici ſummo iure exhibendam. Enimuerò non minor eſt dignitas Apoſtolica auctoritate* *Multò magis Pōtifices Chriſtianorum honorandi.*

Prophe-

Prophetarum: cùm D. Paullus fundamẽtum Eccleſiæ ſtructum docens, fundamentum Apoſtolorum præponat fundamento Prophetarum: inquit enim; Non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues Sanctorum, ſuperædificati ſuper fundamẽtum Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto. *Porrò autem mulier illa Sunamitis* apprehendit pedes Elizæi *prophetæ, & conſtanter retinens, tali ritu & humilitate mortuum filiolum vitæ impetrauit. Sed & Apoſtolorum pedes iam inde ab initio Eccleſiæ in quãtâ veneratione piis fuére?* Quotquot enim poſſeſſores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes eorum; *quod ſummæ reuerentiæ indicium fuit. Nam* ad pedes Apoſtolorum pretia ponere, & non ad manus, magnum indicat honorem ac reuerentiam eorum, qui adferebant. *Ad pedes ſanctorum proruere priſcis Chriſtianis in more fuit: nam & D. Chryſoſtomus etiam monachos adire hortatur, atque ad eorum veſtigia prouolui. inquit;* Ad eos abi, hoſpitare, accede, ſanctos tange pedes. Multò namque honeſtius eſt illorum pedes tangere, quàm aliorum caput. *Atque ob hanc rem meritò Cornelius Centurio* Petro procidens ad pedes adorauit eum. *Quo exẽplo Reges & Imperatores, vt alios Principes taceam; ſummum honorem Petri ſucceſſoribus exhibentes, pedes eorum nonnumquam exoſculati leguntur, quod ex probatis auctoribus vtile fuerit demonſtrare.*

Eph. 2. 19. — 4. Re. 9. 20. — *Pedes Apoſtolorum in honore fuerunt.* — Act. 4. 34. — Oecumen. — Hom. 59. Antioch. — Act. 10. 25.

4. Hormiſdas Papa mortuus eſt primo anno Iuſtini Imperatoris, & Ioannes Primus patriâ Tuſcus Apoſtolicam Cathedram aſcendit anno Domini 520. ſedit annis duobus. Iuſtinus autem Imperator princeps Catholicus, & deuotiſſimus non ſolùm eos, quos Anaſtaſius in exilium miſerat, reuocauit ab exilio: ſed etiam ordinauit Eccleſias, quas tenebant Arriani in Oriente, eis auferri, & Catholicis Epiſcopis dari. Tulit eam rem grauiter Theodoricus rex Italiæ labe Arrianorum inquinatus: quamquam non magis Arrianorum moleſtam habuiſſe inſectationem, quàm ſuſpectam boni Imperatoris vitam duxiſſe videtur. Hinc optimos ciues Romanos Symmachum & Boethium affectatę libertatis

Naucler. vol. 2. Gẽ. 18. Anno 520.

tis

tis ſuſpectos habens, eoſque deferentibus Opilione & Gaudentio factioſiſſimis ciuibus, Papiam relegauit. Et ne Romani ciues ob Symmachi & Boethij relegationem de ſolitâ benignitate diffiderent, Rex Senatui permiſit, vnum ex gente Patriciâ mitterent Theodato in Narbonenſi ſucceſſorem. Mox tamen Ioannem Pontif. ſummum, Agapetum, & Patricium Conſules, ac Theodorum & Importunum Senatores, præſtantiſſimos viros è Româ tollere conſtituit. idque, vt ſine notâ faceret, ipſos legationis nomine miſit Conſtantinopolim ad Imperatorem. vtque eam ſimulationem meliùs concinnaret, Epiſcopum Rauennatem eis adiunxit. Fuit autem legationis ſumma, vt agerent cum Iuſtino de Arianorum Epiſcoporum, ſacerdotumque reſtitutione: &, niſi hoc impetrarent, comminatus eſt omnem Italiam, atque Vrbem Romam cædibus ac incendiis vaſtaturum. Venientibus Conſtantinopolim, Iuſtinus cum clero & populo obuiàm illis proceſſit, ad Pontificiſque pedes prouolutus illum pro Dei Vicario adorauit. Summus itaque Pontifex maximis honoribus introductus mandata ſimul cum Romanis Conſulibus, ac Senatoribus, Rauennateque Epiſcopo expoſuit. & cùm flectere Iuſtinum Chriſtianiſſimum Imperatorem non poſſent, ad lachrymas verſi ſuppliciter petũt, vt perituræ Italiæ vnà cum omnibus Catholicis ſubueniat. Hinc magna vtrimque dicentium, audientiumque commiſeratio eſt ſuborta. Hinc fidei cauſa, ſi Arriani tolerarentur: inde Vrbis, & Italiæ deſolatio. Vicit tandem grauiſſimorum, in quibus ſanctus timor erat, virorum ſententia, poſtponendam pro tempore fidei cauſam, & Vrbis, Italiæque ſaluti conſulendum. Ita pium Principem perpulêre, vt Arrianos reſtitueret, atque eos viuere ſuis legibus ſineret. *Tu, mi lector, ſeriò hîc duo nota. prius ab Imperatore, alterum à ſummo Pontifice. Imperator prouolutus ad pedes Pontificis illum pro Dei Vicario adorauit. Summus Pontifex Vrbi & Italiæ conſulturus, è duobus maximis malis, cùm vtrumque vitare non poſſet, minimum tolerandum eſſe prudenter exiſtimauit. Habent quod diligenter obſeruent, qui ſub mantelo pietatis interitum procurant religionis.*

Iuſtinus Imperator adorauit Ioan. Pont.

Nota.

Item Iuſtinianus priſcus. 5. Agapetus cùm veniſſet Conſtantinopolim, ſummâ cum veneratione eſt receptus à Iuſtiniano. Et quia Iuſtinianus Eutychianâ hæreſi laborabat, orta eſt inter eos de rebus fidei maxima altercatio. Iuſtinianus enim ab Anthemio Conſtantinopolitano Epiſcopo ſeductus, petiit eam labem à ſummo Pontifice confirmari. & cùm ab eâ re hominem ſanctiſſimum abhorrere cerneret, precibus minas addidit: aut, inquit, conſenti nobis; aut faciam te in exilium deportari. Cui Pontifex nihil motus; Ego, inquit, ad Iuſtinianum Chriſtianiſſimum Imperatorem venire optaui, ſed Diocletianum inueni. cuius ſanctam conſtantiam admiratus Imperator, mandauit Orientalium Epiſcoporum in regiâ vrbe congregari Concilium. Quo congregato beatus Agapetus in conſpectu Principis contra Anthemium ex Euangelicâ Scripturâ clarè probauit, in Domino Ieſu Chriſto fuiſſe duas naturas. Is conuictus, cũ in ſuâ pertinaciâ permaneret Anthemius, damnatus eſt, & depoſitus. Tunc Iuſtinianus gaudio repletus, humiliauit ſe Apoſtolicæ Sedi, ac beatiſſimum Agapetum adorauit; rogauitque, vt in Conſtantinopoli Catholicum ordinaret Epiſcopum, qui Mennam virum ſanctum inſtituit loci Epiſcopum. Io. Naucl. vol. 2 gen. 18. An. D. 532.

6. *Tantum honorem Pontifici Romano* Iuſtinianus I. *habuit, quantum etiam* Iuſtinianus II., qui Conſtantinum Papam I. non ſolùm amplexus, verùm etiam eius pedes venerationis causâ exoſculatus eſt. Bap. Plati. Cõſtant. 1. *Iuſtinianus II. pedes Pont. oſculatus.*

Item Pipinus rex. 7. *Stephano Pontifici Rex* Pipinus ad tertium à Cariſiaco oppido lapidem obuiàm progreſſus pedes, vt ferunt, exoſculatus, coërceri non potuit, quin in equo ſedentem pedibus ad frenum proſecutus in regiam deduceret. P. Aemil. Pipino rege.

Carolus M. pedes Pont. oſculatus. 8. *Sic reges, ſic Orientis, nec aliter Occidentis Imperatores.* Carolus Magnus Romam veniens, pedes Pontificis ſedentis in loco Dei oſculatur. *Fuit is Adrianus I., qui mirâ beneuolentiâ* acceptum retinere non potuit, quò minùs pedes ſuos exoſcularetur. * Priùs Pontificis pedes oſculo contigit, quàm ſe illi complectendum daret. Io. Carion an. 771. B. Plat. Adria. 1. *P. Aemil.

9. Ludo-

9. Ludouicus I. Imperator *vbi intellexit Stephanum Papam IV.* aduentate, ſtatim ei honoratiſſimum quemque obuiàm miſit, maximè verò Theodolphum Aurelianorum Epiſcopum cum Clero, & magnâ populi parte. Ipſe verò ad primum lapidem prodiens cùm hominem vidiſſet, ex equo deſcendit, atque eum, datâ acceptaque ſalute, cum maximâ veneratione in vrbem introduxit præcedente Clero, ac ſæpè carmen repetente, Te Deum laudamus.

Plat. Step. 4.

Proceſſione celebri Pōtifex exceptus eſt.

10. Ludouicus II. *Nicolao Papæ I.* ad mille paſſus obuiàm factus, ex equo deſcendens eum freno manibus attrectato in caſtra perduxir.

Idem Nicolao I.

Stratores ſo Pont. exhibent Imperatores.

11. Henricus V. Imp. vrbem Leoninam ingreſſus vſque ad Baſilicam S. Petri; cuius in gradibus pedes Pontificis Paſchalis II. cum Cardinalibus prodeuntis, exoſculatus eſt.

Hartman. Scheyd. an 1107. Sextà ætate.

12. Fredericus I. Imperator ex equo deſcendens Adrianum IV. Pont., vt verum Chriſti Vicarium, ſalutar. *Ceterà optimus Imperator, qui in tantum* auxit Imperium, vt poſt Carolum Magnum geſtorum magnificentiâ vix parem haberet in pleriſque, præter perſecutionem Eccleſiæ, glorioſus. *Tandem ineundæ pacis ergò Venetias, atque ad Alexandrum Papam III. veniens, non modò pedes eius exoſculatus eſt, verùm etiam* inclinatâ ceruice collum pedi Alexandri ſubmiſit. cumque Pontifex dixiſſet; Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem, reſpondit Fredericus; Non tibi, ſed Petro obſequium exhibeo. ad quam eius vocem ſubintulit Pontifex; Et mihi, & Petro. *Ita tandem poſt multorum annorum diſſenſiones, paci & concordiæ ſinus apertus eſt.*

Plat. Adr. 4. Hart. Scheyd. ſextà ętate. Plat. Alex. 3. Pap. Maſſ. Alex. 3.

Fredericus I. ceruicem pedi Pont. ſubmiſit.

13. Otho IV. Imperator *à ſuâ coronatione, cùm Innocentius III. P. M. equum aſcenſurus eſſet*; non immemor Apoſtolicæ reuerentiæ ſtrepam apprehendir; & iſto animo perdurans cum illo proficiſcitur per Vrbem.

A. Krát. 7. Saxo. c. 32.

14. Sigiſmundus *omnium calculis Imperator probatiſſimus, ſublato ſuâ præſertim curâ & diligentiâ diuturno ſchiſmate, electo*

Sigiſmundus pedes Pont. oſculatus. *Pontifici in Concilio Conſtantienſi* Martino V. proſtratus, ſummâ veneratione eius pedes exoſculatus eſt. Quem contrà Pontifex amplexus, non ſecùs ac fratrem, in pretio habuit, eique gratias égit, quòd ſuâ operâ & induſtriâ pax tandem Eccleſiæ Dei reddita eſſet. Han. Scheyd. ſextâ æta.

15. Sixtus IV. Pont. M. Danorum regem religionis causâ in Vrbem venientem ſummis honoribus accepit, turbâ omni aulicorum miſſâ obuiàm. Patres ad portam congreſſi, medium illum per vrbem ad Baſilicam Petri, inde ad Sixtum perduxêre iuridicundo tunc publicè præſidentem. Procubuit in genua ad illius pedes: nec antè ſe erigi paſſus eſt, quàm ſalutationi & ſermonibus ſuis eſſet reſponſum. *Rex Danorum Pōtifici manus lauanti peluim præbuit.* Redeunti in cubiculum Sixto, exeuntiq́ue ad diuina ſemper adfuit: lauanti manus peluim præbuit. denique ſumma in eo pietas, ſummaq́ue religio enituit. Pap. Maſſo Sixto 4.

16. *Ab auitâ pietate non degenerauit* Carolus V. *æuo noſtro Imperator præſtantiſſimus. Bononiam cùm veniſſet,* ad Clemẽtis VII. Pontificis pedes prouolutus, ac mox dextrâ læti arridentiſq́ue Pont. erectus ad oſculum, Hiſpanicâ oratione, Vêni, inquit, ſanctiſſime Pater, ad pedes tuos, quod ſummo voto ſemper expetiui: vt feſſis Chriſtianæ Reipub. rebus communi conſilio ſuccurramus. Oro Deum Opt. M., qui me huius voti compotem fecit, vt noſtris conſilijs adſit, atque hic aduentus meus Chriſtianis omnibus ſit ſalutaris. *Romam cùm ventum fuit, decretum, Carolum in ſacris Imperatorem & Auguſtum conſecrari.* Summa ſacrorum fuit, vt Cęſari de manu Pontificis Romani Imperij inſignia traderentur. Itaque ſolenni precatione ſemper adhibitâ, Pōtifex ei ſupplici ſceptrum aureum dedit, florenti cacumine conſpicuum, quo piè gentibus imperaret. itemq́ue nudatum enſem, quo Chriſtiani nominis hoſtes perſequeretur, ac pomum aureum, quem, vti terrarum orbem, inſigni pietate, conſtantiâ, virtuteq́ue regeret. & poſtremò tiaram illam potiùs, quàm coronam bicipiti faſtigio, multiſq́ue adamantibus inſignem capiti impoſuit. illè piè inflexo genu, pronus exoſculato pede Pontificem adorauit. Tum demum Cæſar in

Carolus V. prouoluitur pedib. Clem. VII. Paul. Iou. rer. geſt. lib. 27. ann. 29.

Ab eo accipit inſignia Imperij.

Oſculatur pedes Pont.

in illâ tot gemmis ac vnionibus exornatâ triumphali trabeâ, ad læuam non procul à Pontifice in ſede auro protectâ, ſed paullò humiliore, ſeſſum eſt perductus, & Romanus Imperator appellatus... Nec multò poſt Pontifex ſacræ Euchariſtiæ hoſtiam humillimo quodam oris geſtu, puriſſimoque animi habitu deſumpſit, atque eam obiter Cęſari omni labe criminum expiato religioſè cōmunicauit. Peractis ſacris templo exceſſum; ad præparatos equos Sacerdotes, Legati, Proceres diſcurrunt: omnis repentè multitudo in equis conſpicitur. acclamationes, tubarum cantus, tympanorum ſtrepitus audiuntur. Conſcendenti equum Pontifici Cæſar ad læuam pedes aſtitit, vti benignè auratam ſtaffam ſacrato pedi protinus inducturus. Sed pium Cæſaris obſequium Pontificis humanitas, religioſaque modeſtia ſuperauit. *Atque in hunc modum* Romani Principes, orthodoxæ fidei profeſſores Sacroſanctam Rom. Eccleſiam, cuius caput eſt Chriſtus Redemptor noſter; ac Romanum Pontificem, eiuſdem Redemptoris Vicarium feruore fidei, & clarę deuotionis promptitudine venerantes, eidem Rom. Pont., à quo approbationem perſonæ ad Imperialis celſitudinis apicem aſſumendæ; nec non vnctionem, conſecrationem, & Imperij coronam accipiunt, ſua ſubmittere capita non reputârunt indignum.

Stratorem agit Pont.

Cle. V. de Iureiur. cap. 1. li. 2. Clem. c. Ro. Principes.

Imperatores capita Pont. ſubmittunt.

17. *Noſtris ſubiungam externa; externa regione, non religione. fides vna ab vno Deo toto orbe rutilat: loco diſiunctos pietate conſociat, facitque,*

Quod cuncti gens vna ſumus.

Ab Africâ igitur accipe admirandæ reuerentiæ exemplum aduerſus Pontificem Romanum, ex ipſius regis Æthiopiæ litteris ad Clementem VII. *anno trigeſimo tertio ſupra milleſimum quingenteſimum deſtinatis: in quibus, quod iam tunc ſacer Vates præcinuit, nunc quoque impletum videbis*. Coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingent. *Illi reges, cùm ad Chriſti Vicarij pedes ſe abijciunt, multò libentiùs ipſi Chriſto ſunt procaſuri, quem in eius Vicario venerantur & adorant. Hæc verba alterarum litterarum Regis Æthiopum ſuprà memorati:*

Pſal. 71. 9.

Æthiopiæ rex mittit ad oſculãdos pedes Pont.

rati: Felix Sancte Pater, qui à Deo effectus es gentium conſecrator, & S. Petri ſedem obtines. Tibi datæ ſunt claues regni cælorum. Et quodcunque ligaueris, vel ſolueris ſuper terram, erit ligatum, vel ſolutum in cælis, ſicut dixit Cſtriſtus. & ita in Euangelio Matthæus ſcribit. Ego rex, cuius nomen leones venerantur, & Dei gratiâ Atani Tinghil, id eſt, Thus virginis vocor, quod nomen mihi eſt à baptiſmate; nunc verò in ipſo ſuſcepti regni initio aſſumpſi nomen Dauid, dilectus à Deo, columna fidei, cognatus ſtirpis Iuda, filius Dauid, filius Salomonis, filius columnæ Sion, filius ſeminis Iacob, filius de manu Mariæ, filius Nau per carnem; Imperator magnæ & altæ Æthiopię, magnorũ regnorũ, & ditionum, & terrarum. Rex de Xoâ, de Caffate, de Fatigar. &c. Mitto ad deoſculãdos pedes Sanctitatis veſtræ, more ceterorũ Chriſtianæ fidei regũ fratrum meorum, quibus neque religione, neque potentiâ ſum inferior. Ego etenim in regnis meis ſum columna fidei. neque externis iuuor auxilijs, cùm in ſolo Deo ſpem & opem reponam, qui me ſuſtinet & gubernat ab eo tempore, quo Angelus Dei allocutus eſt Philippum, qui fidem doceret Eunuchum potentis reginæ Candacis, reginę Æthiopiæ, qui à Hieroſolymâ Gazam pergebat. Philippus tum baptizauit Eunuchum, Eunuchus demum reginam cum magnâ parte familiæ & populi eius, qui numquam deſierũt eſſe Chriſtiani, omniq́ue ſequenti tempore perſtiterunt fortes in fide. Prædeceſſores verò mei nullâ aliâ ope adiuti, quàm diuinâ, fidem in latiſſimis regnis propagarunt, quod & ego quotidie efficere contendo. Maneo enim inter maximos regnorum meorum fines, vt leo ingenti ſiluâ circumdatus & ſeptus, aduerſus Mauros obſidentes, & alias nationes fidei Chriſtianæ inimiciſſimas, quæ nolunt audire verbum Dei, neque cohortationes meas. Et ego gladio accinctus eos perſequor, & paullatim extrudo, diuino ſcilicet fretus auxilio; quod numquam mihi deeſt, quod ſecùs accidit regibus Chriſtianis. Nam ſi regnorum ſuorum fines extendunt, id facilè poſſunt aſſequi: quoniam alter alteri fert opem, & auxilia ſubminiſtrat, iuuantq́ue benedictione veſtræ

Amand. Ziric. ad Chron. ſuum.

Matth. 16. 19.

More regũ Chriſtianorum.

Act. 8. 26.

Æthiopes nunquam deſierunt eſſe Chriſtiani.

Nota.

veſtrę Sanctitatis, cuius particeps ego ſum. Cũ in libris meis litteræ habeantur, quas ſuperioribus temporibus Papa Eugenius cum benedictione miſit ad regem Semen Iacob; quâ acceptâ, & traditâ per manus benedictione ego fruor, & magnoperè lætor. Cæterũ ego in magnâ habeo veneratione ſanctum templum in Ieruſalem, ad quod ſæpiſſimè mitto oblationes per noſtros peregrinantes: & multò plures & pinguiores mitterem, niſi itinera à Mauris & infidelibus obſiderentur. Nam præter illud quòd dona noſtra & theſauros nunciis eripiunt, etiam eò liberè tranſire non permittunt. Quòd ſi paterẽt itinera, in familiaritatem & commerciũ Romanæ Eccleſię deuenirem, vt ſit à cæteris Chriſtianis regibus, quibus in religione Chriſtianâ non ſum inferior: & ita, vt illi credunt, vnam fidem rectam, & vnam Eccleſiam confiteor; credoque ſinceriſſimè in ſanctam Trinitatem; & in vnum Deum; & in virginitatem dominæ noſtræ virginis Mariæ; & articulos fidei teneo & obſeruo, vti ab Apoſtolis conſcripti fuerunt. Nunc Deus Optimus manu potentiſſimi & Chriſtianiſſimi regis Emanuelis iter patefecit, vt per Legatos conueniremus: ſed dum in aulâ meâ eius Oratores eſſent, allatum eſt eum vitam cum morte commutaſſe, filiumque eius fratrem meum Ioannem paterni regni ſceptrum accepiſſe. Vnde ſicuti ex patris morte ſummum ſenſeram dolorem, ita ex filij felici in regnum aſſumptione mirificè ſum lætatus: adeò vt ſperem nos communibus copiis & viribus, per regiones Maurorum peſſimorum terrâ marique iter aperturos, atque eos magno terrore allato ſedibus & regnis eſſe depulſuros, vt commodo pacatoque itinere Chriſtiani Hieroſolymitanum templum petere, & liberè commeare poſſint. Atque ego in primis, ſicut vehementer exopto, diuini amoris particeps eſſe poſſim in templo Apoſtolorum Petri & Paulli. Cupio autem ingenti deſiderio cõſequi ſacroſanctam benedictionem à Vicario Domini Ieſu Chriſti: nam proculdubiò Sanctitas veſtra DEI EST VICARIVS. Et cùm à peregrinis, qui ex regionibus noſtris ad Hieruſalem, atque inde Romam non ſine miraculo eunt & redeunt, multa de ſanctitate

Cupit rex communicare cum eccleſiâ Romanâ.

Benedictionem quoque à Vicario Chriſti.

ctitate veſtrâ ab his audio, mihi incredibilem illa afferunt voluptatem & gaudium: ſed multò maiorem omnino caperem lętitiam, ſi mei Oratores breuiori itineris compendio vti poſſent, & noua referrent; ſicuti, antequàm moriar, aliquando allaturos ſpero, non ſine gratiâ Dei omnipotentis, qui vos in ſanitate & ſanctitate conſeruet. Amen. Exoſculor autem pedes ſanctos, & ſupplex oro, vt benedictionem ad me mittat. *Multa hîc notatione digna; præcipuè, quòd Imperator Æthiopiæ teſtetur Æthiopiam, ex quo Religione imbuta fuit per Eunuchum illum à Philippo baptizatum, fidem non demutaſſe, ſed illibatam illam in hæc tempora conſeruaſſe. Deinde, idem Imperator quanto opere cupiuerit Eccleſiæ Romanæ communionem; item & benedictionem à ſummo Pontifice, quem appellat Vicarium Dei & Chriſti; cuius etiam pedibus oſcula humiliter offert.*

Pontifices Dij & Angeli, meritò à regibus honorandi.

18. *Et quidem* nihil mirum, ſi illos Imperialis pietas honorat, quibus in ſuo eloquio honorē tribuens eos, aut angelos, aut deos ipſe etiam appellat Deus. Eccleſiaſtica quoque teſtatur hiſtoria, quia cùm piæ memoriæ Conſtantino principi ſcripto oblatæ accuſationes contra Epiſcopos fuiſſent: libellos quidem accepit, & eoſdem, qui accuſati fuerant Epiſcopos conuocans, in eorum conſpectu libellos quos acceperat, incendit dicens; Vos dij eſtis à vero Deo conſtituti. ite, & inter vos cauſas veſtras diſponite: quia dignum non eſt, vt nos iudicemus Deos. In quâ ſententiâ ſibi magis ex humilitate, quàm illis aliquid præſtitit ex reuerentiâ impenſâ. Ante eum quippe pagani in Repub. principes fuerunt, qui verum Deum neſcientes, deos ligneos & lapideos colebant: & tamen eorum Sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid igitur mirum, ſi Chriſtianus Imperator vèri Dei Sacerdotes honoret, ſi pagani (vt prædiximus) principes honorem impendere Sacerdotibus nouerant, qui diis ligneis & lapideis ſeruiebant?

Nicol. 1. ad Micha. Imp. Conſ. Mal. 2. 7. Exo. 22. 9. & 28.

PRÆSCRIPTIO XI.

Romanorum Pontificum in Regibus & Imperatoribus creandis magna auctoritas.

1. *PLuria exempla reuerentiæ ſummæ aduerſus Pontificem Romanum facilè fuerit obſeruare; nobis iſta delibaſſe ſat eſt. Nunc etiam præſcribendum venit, Apoſtolicam auctoritatem, dignitate Propheticâ non eſſe minorem. Porrò legimus Prophetas creaſſe reges, & abdicaſſe auctoritate Dei. Quod poteſtati Propheticæ datum eſt, derogari non debet Apoſtolicæ auctoritati, quâ perenniter Romanos pontifices pollere nemo hactenus negauit, niſi nouiter nunc iſti nouatores. At, quod præſcripſimus, comprobatur non leuibus argumentis: & videbis, ſi vnum atque alterum antè poſuero. prius; pontifices Romanos auctoritate diuinâ reges feciſſe & Imperatores, & id nunc. alterum; abdicaſſe regno & Imperio, præſcriptione ſequenti.* Samuel propheta Saulem vnxit in regem Iſrael, *nec multò pòſt* ipſum Dauidem. *Elias* vnxit Hazael regem ſuper Syriam, & Iehu filium Namzi ſuper Iſrael. *Quin etiam Ioiada Summus Pontifex Iudæorum* produxit Ioas filium regis, & poſuit ſuper eum diadema & teſtimonium, feceruntque eum regem. *Et ad Ieremiam ita locutus eſt Dominus*; Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna: vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. *Si prophetis reges, & regna ſubiecta fuêre, vt euellerent & plantarent, deſtruerent & ædificarent: cur idipſum non faciant pontifices Romani fulti omnium Chriſtianorum teſtimoniis, Apoſtolicâ auctoritate? an poteſtas Apoſtolica Prophetarum dignitate minor eſt? Enimuerò Eccleſia regnum eſt ſuper omnia regna: Eccleſiæ caput Vicarius Chriſti, ſucceſſor Petri, veluti rex ſuper omnes reges, cui regna omnia, reges omnes, & principes neceſſariò ſubiici debent. Nam* quamuis Eccleſia non habeat Imperatoris gladium, habet tamen ſuper quoſlibet minores; ſed & ſuper ipſos Imperatores imperium. Vnde ei ſub figurâ prophetici nominis dicitur; Conſtitui te ſuper gentes, & regna: vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.

Marginal notes: Prophetæ reges fecerunt. — 1. Reg. 10. — 1. Ind. 16. 13. — 3 Reg. 19. 16. — 4. Reg. 11. 12. — Iere. 1. 10. — Cur non faciant Pontif. auctoritate fulti Apoſtolicâ — Pet. Cluni. lib. 6. ep. 29

K 2. *Itaque*

2. *Jtaque* veteri iure à Sacerdotibus donata Imperia, non vſurpata. *atque id accipe ſub illuſtribus exemplis. Anno ſalutis humanæ ſeptingenteſimo quinquageſimo primo Francos pudère cœpit* ignauiæ regum ſuorum, propter recens Galliæ periculum, quæ Theodorico rege in Saracenorum poteſtatem ventura erat, niſi Carolus Regiæ præfectus eâ tempeſtate hoſtibus pro ignauiâ virtutem, pro imbelli otio vigilantiam & labores, curaſque ſuas, vir & manu fortis, & bello ſtrenuus obieciſſet. *Quamobrem* proceres totius regni conuenientes in vnum, ſuper abrogatione regis Hilderici inutilis cœperunt habere conſilium. Placuit autem in communi omnibus, vt regem Hildericum nullam regnandi vel peritiam, vel poteſtatem habentem deponerent; & Pipinum, penes quem totius regni ſumma manebat auctoritas, in regem ſublimarent. Sed Pipinus in hanc rem conſentire non voluit, niſi priùs conſilium Romani Pontificis Zachariæ inquireretur, cauſas allegans ſe mouentes. Communicato igitur conſilio mittuntur Romam S. Burghardus Wirteburgenſis Epiſcopus, & Volradus Abbas ad Zachariam Pontificem; Vt conſulerent eum ſuper memorato regum negotio, quid videlicet illi melius, iuſtius, rectiuſque videretur fore. Vtrùm nomen regium cum diademate illi debeat permanere, qui ſemper otioſus nihil operatur nomine regio dignum; an potiùs alteri ſit conferendum, id eſt, Pipino, qui cuncta regni diſponit negotia, ſoluſque facit laborem? Reſpondit Papa Legatis, iuſtum ſibi videri; vt ille, qui regni perfert labores, & cuncta diſponit negotia: & nomen portet regium & diadema potiùs, quàm Hildericus, qui ſemper otioſus nihil ad regni facit vtilitatem. Scripſit ergo Epiſcopis & proceribus Francorum, & conſuluit, vt Hilderico abrogato, & in monaſterium detruſo Pipinum facerent regem. Sancto etiam Bonifacio Archiepiſcopo Mogũtino per Apoſtolica ſcripta mandauit, quatenus eundem Pipinum in regem vngeret Francorum. Pipinus iuſſu Zachariç Papæ in regem Francorum in ciuitate Sueſſonum vnctus, & coronatus eſt per manus Bonifacij Archiepiſcopi Moguntiacenſis, anno Dominicæ incarnationis ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecũdo.

Marginal notes: Amb. ep. 33. — Pap. Maſſ. Pipino. — *Hildericus regno abdicatur.* — Trithem. de Ong. Francor. an. 751. — *Nota.* — *Pipinus Rex Francorum creatur.*

Sed

Pap. Maſ. ſo. Pipino. *Sed & ſucceſſor Zachariæ Stephanus ratam habuit deceſſoris ſui voluntatem. Itaque Hilderico in monaſterium relegato Pipinus regium ornatum, nomenque ſumpſit *Romani Pontificis conſenſu & auctoritate.*

3. *Leo III. Pont. Max. non S. P. Q. R. iubente, neque conſenſu Græcorum Imperatoris, ſed auctoritate ſuâ Imperium à Græcis tranſtulit ad Francos*, cùm videret Imperatores Conſtantinopolitanos ægrè id nomen tueri, ac ob eam rem Vrbem, & Italiam ipſam magnas calamitates paſſam. *Paucis rem exponam ex vno Græco, ceteris Germanis, quibus fides eſt adhibenda.* Conſtantinus Manaſſes, qui Michaele Comneno floruit, de Caroli ad Imperium promotione videtur ex antiquioribus hiſtoricis diligentiùs ſcripſiſſe, quàm vllus Latinorum. Narrat Leonem ſeditione à propinquis Adriani concitatâ, non ſolùm ſede deiectum, ſed etiam vrbe pulſum à Græcis auxilium petiiſſe: quo fruſtrà implorato confugiſſe ad Carolum regem Francorum, ab eoq; benignè acceptum, moxque ſolio & Vrbi reſtitutum. Hęc vbi commemorauit; Tunc, inquit, vicem Carolo referens Romanorum Imperatorem eum renunciat. neque tantùm coronâ caput eius cingit more Græcorum, verumetiam legibus Iudæorum vſus, à capite ad pedes totum Deo perungit, (*addit Platina*) cum Pipino filio ſuo, quem Italiæ regem ſolemni decreto pronunciauit.

Imperium à Græcis trãſlatum in Carolum Magnum.

Iacob. Wymp. epit. rer. Ger. 9.

Apud Pap. Maſ. Carolo M.

Plat. Leon. 3.

De Orig. Francor. in fine. 4. *Paullò vberiùs hæc Abbas Trithemius.* Anno *Dominicæ Natiuitatis* ſeptingenteſimo octuageſimo, Indictione nonâ, Carolus rex Francorum Pipini regis filius poſtquàm regnaſſet annis triginta tribus, anno ætatis ſuæ quinquageſimo nono factus eſt Imperator Romanorum, & imperauit annis quatuordecim. Cùm enim Romæ eſſet propter calumniam Leoni Papæ III. nimis iniurioſè factam, & natale Domini ibidem celebraret; & in ipſâ die ſacratiſſimâ ad Miſſarum ſolemnia veniret: ante confeſſionem B. Apoſtoli ab oratione nihil minùs cogitanti, ne dicam ſperanti, quàm Imperium; Leo Papalibus infulis ornatus capiti eius coronam impoſuit, & Imperatorem Romanorum pronunciauit.

Quo ritu factus ſit Imperator.

K 2 à cun-

à cunɩ̃cto mox populo Romano conclamatum eſt; Carolo Auguſto à Deo coronato, Magno, & pacifico Imperatori Romanorum vita & victoria. Poſt quas laudes vnctus ab Apoſtolicâ manu, & more antiquorum Principum adornatus à Papâ; & ablato patricij nomine, quo anteà fuerat inſignitus, Imperator & Auguſtus appellatus eſt.

Duo gladij Eccleſia. 5. Creuit proinde magnum in modum auctoritas & dignitas Eccleſiæ Romanæ, quæ iam Imperatores & confirmare, & conſecrare cœpit, quod ante hunc diem fecit numquam. Duo gladij, quos Petrus adeſſe dixit, Chriſtus ſatis eſſe reſpondit, iam tum primũ in ſucceſſore Petri Leone III. apparuerunt. Nam ceteri Pontifices alterum in vaginâ recluſum ad oportuna tempora tenuerunt: quamuis etiam ante hunc diem temporalem gladium exeruiſſet Eccleſia in aliquot diſtrictum, quos Gothi, Longobardi, & ſuper omnes idem Carolus victis Longobardis Eccleſiæ contulerunt. Nam totus Exarchatus Rauennas dono Caroli acceſſit Romanæ Eccleſiæ. Meritò ſummus Pontifex, & Gallorum rex mutuis ſe attollunt fauoribus: quando ab initio hæc Sedes domui Caroli hoc præſtitit, vt regiam haberet dignitatem; & viciſſim Carolus Eccleſiam ampliſſimo principatu in Italiâ locupletaſſet. Acceſſit his omnibus, & Carolo tributa Impetij cum nomine dignitas, & Eccleſiæ Romanę per eam coronationem adaucta magnum in modũ maieſtas. Olim Imperatores non paſſi viuere Pontifices ad ſupplicia deuocabant; & Græculi, poſtquàm apud eos extinctâ ſtirpe Conſtantini, & deinde Magni Theodoſij, non habuêre Romanum Pontificem, niſi quem ipſi confirmaſſent, mutatę ſunt rerum vices: vt non habeatur Imperator, niſi quem Romanus Pontifex confirmâtit, & conſecrârit. Domini eſt terra, & plenitudo eius. Ipſe transfert regna & imperia: digniſſimeque ad ſuum in terris Vicarium hoc ſacrum miniſterium delegauit. *Atque in hunc modum* Imperium Romanum à Græcis in perſonâ Caroli Magni tranſlatum eſt in Germanos...Sic monarchia mundi, quæ ſtetit apud Græcos quingentos fermè annos, reſidet apud Germanos, non ſine felici auſpicio Eccleſiæ Romanæ.

Carolus M. multa donauit Eccleſia.

Nota, nota

Al. Krátz. 1. Metrop. 14.

Luc. 22. 38

Pſ. 23. 1.

Io Naucl. Vol. 2. Gen. 27.

6. Vt

6. *Vt res omnes humanæ infirmæ ſunt & fluxæ; ſic item Imperium à Francis deuolutum eſt ad Saxones. Erat circiter annus Domini nongenteſimus vigeſimus,* cùm Henricus dux Saxoniæ, in ſuâ gente, & omni circùm prouinciâ tantus eſſet, vt formidaretur à malis, & honoraretur à bonis. reſpexêre in eum Galli, quorum Conradus in Romano regno prædeceſſor iam moriturus Euerhardo fratri tradidit Imperij inſignia, hortatus, vt illa ferret ad Henricum Saxonem, quo nemo tum dignior principatu videbatur. Migrauit Conradus, & perfecit Euerhardus, quod frater monuit Henrico Saxoni afferens Imperij inſignia. Quæ ille, tametſi venerans acciperet, & de voluntate Principum Rex renunciaretur, Romano tamen titulo fertur abſtinuiſſe; ſatis ſibi eſſe ratus negotij, ſi per Germaniam & Gallias res Imperij procuraret. *Itaque* à Pontifice Max. coronatus non eſt: *atque ideò, licet Germaniæ Rex conſalutatus fuerit, tamen inter Imperatores non cenſetur. Nam* Rex Germaniæ, quicumque pro tempore fuerit duo habet; Regnum & Imperium. Ad regnum per Principes eligitur, & nullius confirmatione indiget. ad Imperium verò, quod eſt regno iure annexum, per Pontificem Romanum confirmari debet & vngi. *Sic Francicæ reipub. gloria ad Germanos Saxones commigrauit, cùm Henricus primus ex eâ gente ad regni culmen peruênit; filius eius Otho primus à ſummo Pontifice coronatus Germanorum Imperator primus audiuit.* Vir vtique Chriſtianus, & Eccleſiæ Rom. amator, atque acerrimus defenſor. * Qui in Italiam mouens primò quidem Berengarium, & Albertum filium in poteſtatem ſuam redegit; alterumque Conſtantinopolim, alterum in Auſtriam relegat. Mox Vrbem ingrediens à Ioanne honorificentiſſimè ſuſcipitur, coronaturque (vt quidem tradunt) Germaniæ, Pannoniæque titulo; quod reliqui Imperatores deinceps obſeruârunt, tranſlato tum primùm ad Germanos Imperio, *quod* à iuſtâ ſobole, agnationeque Caroli Magni ablatum primus hic Otho, iuſtus princeps, vir belli paciſque inſignis recuperauit Pontificis Maximi auctoritate. *Plura, quæ de hac re alij ſcripsêre, mihi non ſunt reſcribenda.*

[Margin notes: *A Francis ad Saxones imperium deuolutū.* — Al. Krant. l. 3. Metro. cap. 27. — Io. Carion. — Io. Trithe. de Orig. Francor. in fine. — *Otho I. Imperator Germanus* — I. Cuſpin. Otho. Hart. Scheyd. ſexta ætat. — * B. Plat. Ioan. 13. — Io. Cuſpin. de tranſ. Imp. Ro. — *Pontificis Rom. auctoritate.* — Bell. de tranſlat. Imp.]

Electores 7. Imp. auctore Pont. Rom instituti.

7. *Ille quoque eximius ſplendor Septem Principum Electorum non aliunde affulſit Germaniæ, quàm à benignitate Sedis Romanæ. Atteſtantur ipſi Magdeburgenſes his verbis*: Gregorius ſuam patriam inſigni aliquâ dignitate ornaturus ſanxit, vt penes ſolos Germanos eſſet ius eligendi Regem, qui poſt diadema à Romano Pont. acceptum Imperator & Auguſtus appellaretur. *De Gregorio V. Pont. ſcribunt, quod Ioannes Carion vberiùs exponit.* Otho III. ſapientiſſimus Cæſar vbi conſiderauit perpetuò æſtuare Gallos transferendæ Imperialis Maieſtatis cupiditate à Germanis; & inter Germanos quoque propter electionem numquam diſſenſiones defuiſſe apud maiores ſuos; interim tamen tam potentem monarchiam in primis neceſſariam Chriſtiano orbi ad tutandam Romani Pontificis, & Italiæ libertatem; denique ad cōſeruandam concordiam religionis in tota Europâ; verùm hanc ipſam monarchiam diu non poſſe durare ſtabilem, niſi & peculiaris cuiuſdam, & potentiſſimæ nationis ſubſidio perpetuò firmata conſiſteret: tandem ſuffragatione, & ope Pontificis Gregorij, (qui, quia Germanus erat, adeoque Saxonici ſanguinis, in re tam neceſſariâ facilè annuit) tulit ſanctionem Principum Electorum in deligendo Cæſare. Atque, vt concordia ſeruaretur in electione, religionis causâ inter ſacri ordinis Præſules & Principes reliquos, delegata eſt ea auctoritas conſtituendi Romanum Cæſarem ſeptem Germaniæ primariis Principibus, Moguntino, Agrippinenſi, & Treuirenſi Archiepiſcopis. additi his ſunt Princeps Bohemiæ, (nam tum regem Bohemia non habebat) Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ, Marchio Brandeburgenſis. *Martinus Polonus meminit huius inſtituti, tacito tamen auctore, munia ſingulorum Electorum principum exponens.*

Centur. 10. cap. 10. — *Othone III.* — *Othon. 5. ad an. 986.*

Nō auctore Othone Imp., ſed Gregor. V. Pont.

8. *Cetera rectè Carion, niſi quod dicit, Pontifice annuente ſanctionem hanc latam ab Othone: quando non modò Pontifice annuente, ſed contrà Othone haud abnuente à Pontifice ſanctio iſta decreta ſit. Audi Trithemium.* Gregorius Papa V. congregatâ Synodo ſtatuit, conſentientibus Romanis & omni Clero, Romanum Imperium apud Germanos debere perpetuis futuris tempo-

Chron. Hirſau. ad an. 995.

temporibus permanere: ita vt Germaniæ Principes per Othonem III. deputati habeant ius, & poteſtatem Imperatorem eligendi. *In eandem ſententiam Iacobus VVympfelingus.*

Epito. rer. Germa. 20. Gregorius cognitâ Imperij imbecillitate, varietateq; fortunæ; vtq; is, qui ceteris virtute præſtaret præſſet etiam dignitate, ſanctionem tulit haud abnuẽte Othone de Imperatore deligendo, anno Chriſti milleſimo ſecundo, quam vſque ad noſtra tempora ſeruatam videmus: videlicet ſolis Germanis licerẽ Principem eligere, qui Cæſar & Romanorum Rex appellatus, tum demùm Imperator & Auguſtus haberetur, ſi eum Romanus Pontifex inunxiſſet. *Eadem prorſus verba exſcripſit Albertus Krantzius in ſuâ Saxoniâ, & ſimilia de Electoribus, (de quibus paullò antè) addens ſingulorum officia, inquiens;*

l. 4. c. 25. Hos Imperatoris eligendi auctoritatem primò habuiſſe, Ptolomæus refert, Archiepiſcopum Moguntinum Germaniæ; Archiepiſcopum Treuerenſem Galliæ; Archiepiſcopum Colonienſem Italiæ nomine. His additi & quatuor Principes, Marchio Brandeburgenſis, Imperatoris poſt electionem Camerarius; Comes Palatinus, qui dapes; Dux Saxoniæ, qui enſem fert. Sunt, qui ſcribunt Bohemiæ regem Septimum Electorem Imperatoris Pincernam eſſe, hiſque in eligendo additum eſſe ad tollẽdam diſcordiam partium: ad vtros enim inclinâſſet, ea pars certè potior habebatur. *Electorum principum officia.* *Quibus prorſus ſimilia ante Krantzium ſcripſit Blondus Decadis ſecundæ lib. 3.*

9. *Ipſi Germani veteriores Principes gratitudinis ſuæ ſignificationem aduerſus Romanam Sedem iam olim declarauerunt, cùm de hac ipſâ re ſcriberent in hæc verba.*

Apud R. Bell. 3. de tranſla. Imp. 3. Nos Principes Imperij vniuerſis præſentem paginam inſpecturis. Complectens ab olim Romana mater Eccleſia quâdam quaſi germanâ charitate Germaniam, illam eo terreno dignitatis nomine decorauit, quod eſt ſuper omne nomẽ temporaliter tantùm præſidentium ſuper terram; plantans in eâ Principes tamquam arbores prælectas, & rigans illas gratiâ ſingulari; illud eis dedit incrementum mirandæ potentiæ, vt ipſius Eccleſiæ auctoritate ſuffulti, velut germen electum per ipſo- *Germani veteres agnoſcunt electionem ſibi à Rom. Pont. prouenisse.*

ipſorum electionem, illum, qui fræna Romani teneret Imperij, germinarent. Hic eſt illud luminare minus in firmamento militantis Eccleſiæ per luminare maius Chriſti Vicarium illuſtratum. Hic eſt, qui materialem gladium ad ipſius nutum excutit, & conuertit: vt eius præſidio paſtorum Paſtor adiutus oues ſibi creditas ſpirituali gladio protegendo communiat, temporali refrænet, & corrigat ad vindictam malefactorum, laudem verò credentium & bonorum. &c. Actum, & datum anno Domini M. CC. LXXIX. *Rodulphi Romanorum Regis anno ſexto. Baronius teſtatur ipſum autographum hodieque ſeruari Romæ in caſtello S. Angeli, cum multis aliorum Principum litteris eiuſdem argumenti.*

Nota, nota.

Annal. to. 10. an. Chriſti 996. Greg. V. Pont.

10. *Sanctionem hanc de Electoribus principibus nonnulli ſcribunt non à Gregorio V. latam, ſed poſt mortem Frederici II. Electores inſtitutos, & à Gregorio X. Pont. Max. confirmatos eſſe: in qua opinione Ioannes Auentinus, Onuphrius Panuinius, & ipſe Joannes Carion, cum aliis nonnullis. Porrò autem, licet nobis ſufficiat ſanctionem illam à Romano quouis Pontifice Germaniæ prouenisse, errant tamen iſti: quando Electores iſtos inſtitutos, & iſtorum electionem in vſu fuiſſe ampliùs ducentis annis ante Gregorium X. conſtat. &, ſi Krantzio credimus, vſurpatam mox à morte Othonis III. quem dicunt aliqui ſanctionem illam tuliſſe. Sic ſcribit.* Currebat milleſimus tum à Chriſto annus, & Imperator Otho tertius, cùm iam tertiò Romam cum exercitu petiiſſet, immaturâ morte raptus occubuit, veneni, vt ferunt, potione, ſub ſpecie amatorij poculi arte Italicâ. Poſt cuius mortem Imperium in contentione remanſiſſet, niſi tunc conualuiſſet conſtitutio, quam idem Imperator Otho III. cum Gregorio Papâ V. cognato ſuo de Imperatoribus ſanciuit; cuius vigore primus eſt electus Henricus Bauarus de genere Saxonum, ex ſanguine primi Othonis. Primus ille Henricus, qui Imperialem meruit infulam: nam Henricus primus Othonis pater, ſtirps omnium regum Saxoniâ prodeuntium, regno Germaniæ contentus ad coronam Imperij non adſpirauit: &c.

Nempe à Gregorio V. non X.

Annal. Boior. l. 5. lib. de comitiis Imperial Chron. l. 3.

Qua mox in vſu fuit.

L. b 3. Metrop. c. 46.

11. *Ad hæc Innocentius III. diu ante Concilium Lugdunenſe, in qua*

Ab Innocentio III. id probatur.

in quo Gregorius X. illam ſæpe dictam ſanctionem tuliſſe ab illis putatur, ſanctionem illam agnouit: quandoquidem & Gregorius IX. Gregorio X. vetuſtior recenſeant inter Decretal. ſub Innocentij Tertij nomine, cuius hæc verba ad Ducem Saringiæ. Illis Principibus ius & poteſtatem eligendi Regem, in Imperatorem poſtmodum promouendum, recognoſcimus, ad quos de iure ac antiqua conſuetudine noſcitur pertinere: præſertim cùm ad eos ius & poteſtas huiuſmodi ab Apoſtolica Sede peruenerit, quæ Romanum Imperium in perſonam magnifici Caroli à Græcis tranſtulit in Germanos. Sed & Principes recognoſcere debent, & vtique recognoſcūt, ſicut iidem in noſtra recognouere præſentiâ, quòd ius & auctoritas examinandi perſonam electam in Regem, & promouendam ad Imperium, ad nos ſpectat, qui eum inungimus, conſecramus, & coronamus. Eſt enim regulariter & generaliter obſeruatum, vt ad eum examinatio perſonæ pertineat, ad quem impoſitio manus ſpectat. *Aduerte animum. Innocentius III ſexaginta circiter annis vixit ante Gregorium X. teſtans ex antiqua conſuetudine, Principibus illis ius & auctoritatem eligendi Cæſarē eſſe, quæ tamen illis à Romana ſede prouenerit.*

1. Dec. ti. 6. de elect. & elect. po. c. Venerabilem.

Nota.

12. *Controuerſiam, quæ eſt de origine ſeptem Electorum, in parte finire videtur* Petrus Heigius in Academia Vuittebergenſi Iurium profeſſor, *libro ſuo quem inſcribit,* Quæſtiones Iuris tam Ciuilis quā Saxonici; *cum ſub Othone III. electionem illam inſtitutam tradit. Quæſt. 3. ponit ſeptem aut octo inter ſe variantium opiniones: quibus benè examinatis ac confutatis, tandem ſuam his verbis dicit ſententiam.* Hæc omnibus hinc inde libratis mea ſententia eſt; Ab initio Electores ſex ſeptemve (de ſeptimo Bohemiæ rege namq; non adeo valdè pugnare attinet, ex his quæ ſupra ſunt adnotata, vnde & quando is reliquis acceſſerit, quiuis iudicare poteſt: præterquam, quod & huius ſuffragio, non niſi diſſentientibus ceteris, opus erat) ſub Othone III. conſtitutos, vt electionem deinceps de Imperatore habendam velut principes Senatus, aut πρόβουλοι, moderarentur, & reliquorum auditis ſuffragiis, & collectis votis, id tandem ſtatuerent, quod è Repub. eſſe cognoſcerēt;

Sub Othone III. inſtituti Electores.

L donec

donec attritis familiis præcellentioribus, & motâ inteſtinis diſſenſionibus Germaniâ, & hinc perperàm elicitis a ſtudioſis factionum promiſcuis ſuffragiis, vtiliſſimum viſum fuit, intra ſanctius & ſtrictius conſilium Illuſtriſſimorum Electorum rem totam reuocare & abſoluere. Id autem occultis primùm initiis cœptum, & patientibus ceteris principibus per aliquot annos vſurpatum, demum Ludouici Bauari, aut certè Caroli IV. ſanctione promulgatâ ſic ſtabilitum, vt ab eo tempore pacatiora Comitia, & ſuffragia circa electiones pauciora, Imperium, diuinâ ſic diſponente prouidentiâ, habuerit.* *De his qui plura deſiderat, adeat, qui ex propoſito ſcripſerunt copioſiùs.*

*Baron. to. 10. An. Gregor. V. Pont. an. Chriſt. 996 Bellar. de tranſlat. Imp.

Recollectio prædictorum.

13. *Itaque* *Imperatores noſtros, Occidentales dico, iam inde ab initio penes Romanum Pontificem creandi poteſtas fuit: quando Leo III., ſicut ſuprà tradidimus, Carolum Magnum Imperatorem fecit, coronaque, quâ honeſtantur Imperatores, donauit, quam Platina diadema vocat. Eſt enim faſcia linea, quo inſigni Reges vtuntur. Poſteà Ioannes *XII. Othonem Germaniæ regem Imperatorem creauit. Et poſtremò Gregorius V., vt ſuam gentem (fuit enim homo Germanus) ſingulari quopiam beneficio afficeret, auctoritatem in poſterum tempus eligendi Imperatoris fecit Archiepiſcopis Moguntino, Treuerenſi, & Colonienſi, item Marchioni Brandeburgenſi, Comiti Palatino, Duci Saxoniæ, & Regi Bohemiæ: vt, qui ab eis renunciatus eſſet, Cæſar & Romanorum Rex diceretur; ac deinde Imperator, ſtatim vt electionem huiuſmodi Romanus Põtifex comprobaſſet. Fuit is annus humanæ ſalutis milleſimus ſecundus. Atque ſic Germani Principes ius illud acquiſiuerunt, quod etiamnum habent, retinent, conſeruant. *& ex animo vouemus, vt diu, & feliciter.*

*Polyd. Verg. li. 4. de inuent. rer. c. 10.

*al. XIII.

Imperium pietate partum ſic duraturum.

14. Imperium facilè iis artibus retinetur, quibus initio partum eſt. *Ardore fidei, integræ ſtudio Religionis ſine defectu ſui in tempora conſeruabitur longiora.* Hoc eſt enim quod firmat Imperium, hoc quod regna conſeruat. Nam pax Eccleſiæ Religionis vnitas, auctorem facti in ſublime prouectum

Sall. Catil.

C. Iuſt. de Sum. Trinita & fide Catholicâ.

gratâ

gratâ ſibi tranquillitate cuſtodit. Neque enim parua ei viciſſitudo à potentiâ diuinâ tribuitur, per quem nullis rugis Eccleſia diuiſa ſecernitur, nullis inſertis maculis variatur.

Prou.20.8. Scriptum eſt enim, Quia, cùm rex iuſtus ſederit ſupra ſedem, non aduerſabitur ei quicquam malignum. *Romanam*

Zeno.Imp. apud Euag. 3.hiſt.14. *Apoſtolicam Eccleſiam* (quæ immortalis & ſempiterna principatus quaſi parens eſt) *colentibus omnia prouenire feliciter, Conſtantinus M. cuncti pij Reges & Imperatores; aduerſa ſpernentibus, impij & rebelles principes, tum ipſi Græci perfidiâ ſuâ perditi atteſtantur. Abite maligni. & vos ipſi iudicate Germani: Vtrùm feliciùs auguſtiusq; veſtrum Imperiû fuerit, veſtrâ aduerſus Eccleſiam Romanam obſeruantiâ durante; an odio, & inuidiâ inualeſcente? Hiſtoriæ veſtræ loquuntur, tantiſper dum fidem & religionem Catholicam tenuiſtis, in armis virtutem exercuiſtis; dum totam patriam ſacrorum religionibus, caſtis virginibus, multis honoribus, ac nominibus Sacerdotum auxiſtis; tum pietate fortiùs armatos, quàm potentiâ militari, Imperiû potẽs vos longè lateque feciſſe potentius. At nuper auitâ Religione ſpretâ, (ô Deum!) cùm omnia ſacra profanaque miſceri, moueri, incæſtarique cœpiſſent; pietate felix Imperium, impietate perire videmus. Quamobrem cum* Nota.

Apud Nicep.Cal.16 Hiſt.12. *Imperatore Zenone dicimus*: Imperij initium & conſeruationem, tum opes atque armaturam inexpugnabilem, eſſe ſolam rectam & veram fidem.

15. *Addo vnum atque alterum exemplum æui noſtri, planè teſtantis ſumma illa nomina clauibus ſubiacere Piſcatoris. Quis inter*

Genebrar. Alex. 6. Pont. An. 1494. *potentes Caſtellæ & Luſitaniæ reges limites orbis vtriuſque noui determinauit; vt occiduæ regiones iam inuĕtæ, & poſteà detegendæ, Caſtellanis cederent; Orientales Luſitanis? annon Romanus Pont. Alexander Sextus? Quis Coſmam Medicеum, cùm modò Florentiæ Dux vocaretur, Magnum Hetruriæ Ducem creauit? nónne*

Ind. Pio V. an. 1570 Ind. Greg. XIII. an. 1582. *noſtrâ memoriâ Pius Quintus Pontifex Maximus? Denique Moſchorum Dux, miſſa legatione, Eccleſiæ Romanæ communionem cum Titulo regio à Romano Pontifice poſtulauit. Stat igitur immota Magni Imperatoris ſententia, qui præſcriptionem finio:*

Zeno Imp. Sancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia, incorruptibilis & immortalis ſceptrorum mater eſt. *Eccleſia ſceptrorum mater.*

PRÆSCRIPTIO XII.

Romani Pontifices anathemati ſæpius Reges ſubdiderunt, & Imperatores: & agnouerunt ſummæ Poteſtates hanc poteſtatem, ſceptra ſua clauibus illorum ſubmittentes.

Prophetæ reges regno abdicarũt.

1. N*Ihil certiùs, quàm quod præſcriptum vtiliter & neceſſariò repetimus,* Apoſtolicam poteſtatem propheticâ nõ eſſe minorem. *Prophetæ reges exuerunt regno; vt Samuel,* (1 Reg. 15. 23.) *qui abdicato Saule regem inunxit Dauidem. Quinetiam Joiada ſummus Sacerdos apud Judæos, Athaliã Juda reginam tyrannidem* (4. Reg. 11. 16.) *exercentem iuſſit occidi, in eius locum Joas ſeptennem regem ſufficiens: vt mirum non ſit eandem auctoritatem vigére in Apoſtolicâ Eccleſiâ; & viguiſſe ſemper aduerſus tyrannos, impios Reges & Jmperatores, facilè comprobatur.* Enimuerò duo ſunt, quibus (Gelaſ. PP. ad Anaſt. Imp. D. 96. c. Duo ſũt.) principaliter hic regitur mundus; auctoritas ſacra Pontificum, & regalis poteſtas. In quibus tantò grauius eſt pondus Sacerdotum, quantò etiam pro ipſis Regibus in diuino ſunt reddituri examine rationem. Et notum eſt Reges ex illorum pendêre iudicio, non Pontifices ad regiam poſſe redigi voluntatem. Talibus igitur inſtitutis, talibus fulti auctoritatibus plerique Põtificum, alij Reges, alij Imperatores excommunicauerunt. Nam ſi ſpeciale aliquod de perſonis principum requiratur exemplum; B. Innocentius Papa Arcadium Imperatorem, quia conſenſit, vt S. Ioannes Chryſoſtomus à ſuâ ſede pelleretur, excommunicauit. Beatus etiam Ambroſius licet ſanctus, non tamen vniuerſalis Eccleſiç Epiſcopus, pro culpâ, quæ aliis Sacerdotibus non adeò grauis videbatur, Theodoſium Magnum Imperatorem excommunicans ab eccleſiis excluſit. qui etiam in ſuis ſcriptis oſtendit, quòd aurum non tam pretioſius ſit plumbo, quàm regiâ poteſtate ſit altior ordo Sacerdotalis, hoc modo circa principium ſui paſtoralis ſcribens; Honor & ſublimitas Epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum (Tom. 4. de digni. Sacerd. c. 2.) fulgori, & principum diademati; longè erit inferius, quàm ſi plumbi

Duo ſunt quibus mũdus regitur Pontifi. & regia poteſtas.

Pontificum auctoritas maior regiâ.

Nota.

ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares: quippe cùm videas Regum colla & Principũ ſubmitti genibus Sacerdotum; & oſculatâ eorum dexterâ, orationibus eorum credant ſe communiri.

2. *A primo Imperatore Chriſtiano Philippo accipe, quanta iam inde ab initio Eccleſiæ fuerit auctoritas Romanorum Pontificum aduerſus Imperatores. Cum Gordianus ſex annis continuis Romanorum obierat Imperium, Philippus vnà cum filio ſuccedit.* Fama eſt iſtum (Chriſtianus namque erat) cùm precationum, in die poſtremæ vigiliæ Paſchatis, vnà cum multitudine in Eccleſiâ particeps fieri vellet: non priùs ab Epiſcopo, (*is Fabianus erat*) qui tum Eccleſiæ præerat, permiſſum eſſe intrare, quàm ſe confeſſus fuiſſet; & inter eos, qui peccatorum vinculis adhuc aſtricti, locumque pœnitentiam agentibus præſtitutum occupabant, ſe ſua ſponte collocauiſſet; Epiſcopumque dixiſſe, eum non aliâ conditione, niſi iſtud faceret, propter multa delicta, quæ ab illo ferebantur admiſſa, aliquando ab ipſo in Eccleſiam receptum fore. Imperatorem autem alacri animo & lubenti Epiſcopo morem geſſiſſe, & ingenuam modeſtiam, ac religioſam piamq́; affectionem Dei timore incitatam reipsâ declarâſſe, memorant.

Euſeb. Cæſar. lib. 6. Eccl. hiſt. cap. 27.

Philippus Imp. pœnitentiam à Pont. iniunctam ſubit.

3. *Et operæ pretium eſt, paullò vberiùs Arcadij Imperatoris vnà & coniugis excommunicationem ab Innocentio Primo commemorare, quòd temerè D. Ioannem Chryſoſtomum exſilio mulctaſſet. His verbis Pontifex ſcribit ad Imperatorẽ:* Vox ſanguinis fratris mei Ioannis clamat ad Deum contra te, ô Imperator, ſicuti quondam Abel iuſti contra parricidam Cain: & is modis omnibus vindicabitur. Eieciſti è throno ſuo re non iudicatâ magnum totius orbis doctorem, & vnà cum eo Chriſtum perſecutus es... Noua Dalila Eudoxia, quæ paulatim te erroris ſeu ſeductionis nouaculâ totundit, exſecrationem ex multorum ore ſibi ipſi introduxit, graue & quod geſtari nequeat peccatorum pondus colligans, atque id prioribus peccatis ſuperaddens. Itaque ego minimus, & peccator, cui thronus magni Apoſtoli Petri creditus eſt, ſegrego & reiicio te, & illam à perceptione immaculatorum myſte-

Nice. Cal. hiſt. l. 13. c. 34.

Arcadius Imp. excõmunicatur.

Nota, nota.

myſteriorum Chriſti Dei noſtri. Epiſcopum etiam omnem, aut Clericum ordinis ſanctæ Dei Eccleſiæ, qui adminiſtrare aut exhibere ea vobis auſus fuerit, ab eâ horâ quâ præſentes vinculi mei legeritis litteras, dignitate ſuâ excidiſſe decerno. Quòd ſi, vt homines potentes, quemquam ad id vi adegeritis, & Canones vobis à Seruatore per ſanctos Apoſtolos traditos tranſgreſſi fueritis: ſcitote non paruum id vobis peccatum fore in horrendâ illâ iudicij die; quum neminem huius vitæ honor & dignitas adiuuare poterit; arcana autem & abdita cordium ſub oculos omnium effundentur, atque exhibebuntur. *Manifeſtè videmus, ante circiter mille ducentos annos à Romano Pont. excommunicationem in Imperatores fulminatam eſſe: atque hoc exemplo ſucceſſores ad noſtram vſque ætatem in Reges & Imperatores animaduertiſſe, ſub exemplis haud pœnitendis nunc commonſtrabimus.*

Philippicus Imp iconomachus, hæreticus denunciatus.

4. *Non eſt alienum à propoſito quod* Conſtantinus Papa I. Philippum Imperatorem (*alij Philippicum vocant*) denunciauit hæreticum: eò, quòd Sanctorum imagines deleuerat. *Hic* primus omnium Romanorum Pontificum Imperatori Græco Philippico, qui Iuſtiniano iuniore Orthodoxo Principe occiſo Imperium inuaſerat, in os reſiſtere palàm auſus fuit. Imperator enim in Iconomachiæ hæreſin lapſus, ſanctas imagines vbique tollendas eſſe, etiam Romano Pontifici iuſſerat, quod ille facere conſtantiſſimè recuſauit. *Nam* habitâ Synodo decreuit, vt ſanctorum Patrum imagines, qui ſex Conciliis ab omnibus probatis interfuerant, in porticu B. Petri depingerentur, cùm intellexiſſet eas à Philippico è parietibus S. Sophiæ ignominiæ causâ abraſas fuiſſe. Prætereà verò idem Pontifex conſtituit, ne Imperatoris hæretici nomen, publicis ſcriptis aut priuatis, in ære, argento, plumbóve reciperetur.

Mar. Polo. Conſtant. PP. an. 708

Onufrius Conſtãt. 1. ad Plat.

Plat. Conſtant. PP.

Leo III. Imp iconomachus ex communicatus.

5. *Leonem tertium Auguſtum ſimilia iubentem Gregorius ſecundus, qui Conſtantino ſucceſſit, item excommunicauit. Is* cùm imagines Chriſti, & B. Virginis, & aliorum Sanctorum in ciuitate Conſtantinopolitanâ igne cremari iuſſiſſet, idem Pontifici facere præcipiens, non ſolùm facere renuit, ſed etiam ipſum Impe-

Mar. Polo. Greg. 2.

Cedren. Cõp. Leone Icon. an. 703. Imperatorem pro ipſo facto anathematizauit. *Inſuper* tributo Italiæ & Romæ eum prohibuit: miſsâ etiam decretali epiſtolâ monens, non eſſe Imperatoris de fide ſtatuere, aut vetera Eccleſiæ decreta à ſanctis Patribus facta conuellere. *Et tributo Italiæ prohibitus.*

Præfat. 11. §. 2. 6. *De Hilderico regno Francorum propter inertiam abdicato, ſupradictum eſt; factum id Zachariæ, & Stephani Pontificum auctoritate. atque id* exemplo publicè ſalubri; ne reges imbelli otio victi pro virtute ignauiam colant. Semper enim illuſtribus familiis otium & ignauia exitio fuêre. *Hildericus regno Gallicarum abrogatus.* Pap. Maſſ. eodem.

Trithem. Chron. hirſaug. an. 865. 7. Sanctus Papa Nicolaus I. Lotharium regem fratrem Imperatoris, propter Thiedbergam reginam iniuſtè repulſam, vnà cum pellice Waldradâ excommunicat ad inſtantiam fratrum reginæ, qui cauſam ad Apoſtolici audientiam detulerant. Ob eandem cauſam Guntherus Colonienſis & Thiedgaudus Treuerenſis Archiepiſcopi, ab eodem Papâ depoſiti vſque ad laicalem ſtatum, dignam iniquitatis ſuæ mercedem acceperunt: quippe qui falſis criminibus arte confictis, Reginam innocentem damnare præſumpſerunt. *Lotharius Rex propter adulteriũ excommunicatus.*
Mar. Polo. Adria. II. an. 868. *Ad Adrianum II. Pont. M.* Lotharius rex, quem Nicolaus Papa propter adulterium excommunicauerat, Romam, vt ſe excuſaret, venit. A quo, dum pro oſtenſione innocentiæ ſuæ ad communionem corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti, tam ipſe, quàm optimates ſui, per Papam inuitati fuiſſent: omnes, qui indignè perceperant, ipſo anno mortui ſunt: Rex etiam ipſâ viâ redeundo Placentiæ defunctus eſt. *Nota pœnam temeritatis.*

8. *Anno milleſimo nonageſimo quinto Vrbanus II. Pont. M. apud Claromontem, quod veteribus Aruernum fuit; memorabilem Synodum habuit, quâ Philippo regi inceſtus damnato ſacrificiis interdictum eſt. id cur acciderit pluribus narrare ad propoſitum facit.*
Pap. Maſſ. 3. Ann. reb. Fran. Philip. rege. In matrimonio habebat Bertam Florentij Comitis Batauorum filiam. Spretis coniugij legibus, rapuit Bertradam vxorem Fulconis Comitis Andegauorum affinis ſui. Fulco per legatos de eâ re queſtus eſt: cùm rex Pontifici benè monenti non paruiſſet, ipſi in Synodo Claromontanâ templi aditu & ſacrificio interdicit. Coactus Bertradam dimittere, ali- *Item Philippus Frãcorum rex.*

quantò

quantò pòſt eam reducit: quam ob cauſam Synodus Pictauis habita eſt à Ioanne & Benedicto Cardinalibus, qui Regem cœtu piorum indignum rurſus pronunciârunt. Epiſcopi aliquot Prouinciæ Belgicæ ad Bertradæ nuptias inuitati, ipſi Regique coronam imponere contra Vrbani interdictum improbè ſunt auſi. Solus Iuo Carnutûm Pontifex, nec auro corrumpi, nec precibus, nec minis, nec rerum ſuarum amiſſione flecti vnquam aut adduci potuit, vt incæſtum probaret. Regis odium decennio, & amplius ſuſtinuit pro hoſte habitus, exutuſque Epiſcopij ſui fructibus. Philippus per legatos minabatur, niſi Vrbanus ſibi coronam, & ſacrorum vſum reſtitueret, ſe cum regno ab eius & Romanæ Eccleſiæ obſequio diſceſſurum: ne hoc quidem virum ſanctiſſimum inflexit. Paſchalis temporibus Regem, etſi inuitum, reſipiſcere oportuit: neque enim aliter anathemate liberari poterat; pluſq; virium religio, quàm ſceptrum, & diadema, & inuictum regis nomen, maieſtaſque habuit.

Eius minas Pontifex ſpernit.

9. *Venio nunc ad Imperatores noſtros. Joannes Carion Pontificibus iniquior, tamen agnoſcit ab ipſis pleroſque Cæſares excommunicatos, neque excommunicatos ſolùm, ſed etiam Jmperio deiectos.* Hi omnes vno ordine excommunicati ſunt. Io. Car. Chron. l. 3. Oth. 4.

Imperatores à Rom. Pont. excõmunicati.

Henricus IV. Francus.
Henricus V. Francus.
Fredericus I. Sueuus
Philippus Frederici I. filius.
Otho IV. dux Brunſvvicenſis.
Fredericus II. Henrici VI. filius
Conradus Frederici II. Filius.

De quibus nonnulla ex ordine commemorabimus, ijs alia etiã adituri. Jnterim liceat argumenta ex hæreticorum parte conquirere. Firmum eſt genus probationis, quãdo etiam ab aduerſario ſumitur, vt veritas etiã ab ipſis inimicis veritatis probetur. Nouatian. de Trin. cap. 18.

10. Henricus IV. Imperator *omnium primus, quem Romanus Pontifex abdicauit Imperio.* in quo virtus huius generis Imperatorum non tantùm defecit, ſed potius Germaniæ Imperium adeò corruere cœpit, vt poſteà nunquam vel in vete- Ioa. Cario. iud. Hẽr. 4.

Henricus IV. Imp. excommunicatus imperio abdicatur.

veterem ſtatum redigi, vel priſtinas vires recuperare integrè potuerit. *Neque tragœdiæ huius auctor fuit Hildebrandus Papa, dictus Gregorius VII., quod parum candidè ſcribit Carion; ſed impietas & vitia Imperatoris.* Vt breui compendio malam iſtius viri complectamur hiſtoriam, ea, quæ veteres de illo ſcripſerunt, inſeramus. Henricum iſtum hominem peruerſum, & iuſto iudicio ab Eccleſiâ eiectum, omnibus reuerà ſuo tempore conſtabat manifeſtum. Vendidit enim ſpiritualia omnia; inobediens fuit Apoſtolicæ Sedi; in ipſamque Sedem, fugato Chriſti Vicario Gregorio Papâ VII., idolum poſuit Wigbertum Rauennatenſem. In vxorem legitimâ, honeſtiſſimam matronam, inaudita ſcelera commiſit; ipſamque inuitam, Nicolaitarum hæreſim renouans, multis vi opprimendam proſtituit. pro his & aliis multis criminibus à multis Romanis & aliis Pontificibus excommunicatus, Apoſtolicæ Sedis maledictionem paruipendit, ſpreuit & contempſit. Hinc maxima in Eccleſia Dei perſecutio ſubſecuta eſt per inuidiam & diſcordiam, dum alter alterum perſequeretur vſque ad mortem: eratque ſchiſma pernicioſum in Eccleſiâ Dei, quibuſdam Papæ, Imperatori aliis adhærentibus. Apoſtolica cenſura pro nihilo habebatur: ipſamque ſententiam excommunicationis nemo curabat. Et quamuis in omnibus his Imperator eſſet pertinaciſſimus, ita vt Sedis Apoſtolicæ auctoritatem nullâ ratione recognoſceret: multùm tamen in offenſores alioquin clemens & miſericors erat... In pauperes valde miſericors erat, & multam eis eleemoſynam impendit; omnibusque afflictis, plus quàm dici poteſt, compatiens. Sed omnia hæc bona obfuſcauit pertinacia, propter quam à Gregorio VII. excommunicatus, & ab Imperio Synodali Epiſcoporum decreto fuit depoſitus, quamuis non curaret.

Io Trith. Chro. Hirſaug. an. 1106.

Propter impietatem inauditam.

11. Ea, ſi vera ſunt, nec ab æmulis maiorem in modum elata: magnas cauſas præſtiterunt futuris eius calamitatibus. *porrò autẽ vera eſſe A. Krantzij verbis oſtendimus.* Henrici Quarti tempora per omnes Eccleſias fuêre turbulenta, propter ſuperbam eius dominationem. Qui non contentus

Al Krant. l. 5 Metro. 27.

Ind. id. cap 10.

Quæ hic copioſius enarratur.

 rebus

rebus Imperij, Eccleſiarum etiam iura inuaſit, Epiſcopos pro ſuo arbitrio inſtituens, deſtituenſq́;. Summum Pontificem Gregorium VII. virum ſanctum inſectatus eſt, & contumaciter illi ſe obiecit, quòd non illius voluntate ad ſummum Pontificatum perueniſſet. Quumq́ue Anno Colonienſis Archiepiſcopus, & Hermannus Bambergenſis Romam miſſi pecuniam, quæ Regi debebatur, congregare; quum legatione peractâ reuerterentur, litteras Alexandri Papæ detulerunt, Regem vocantes ad ſatisfactionem pro Simoniacâ hæreſi, aliiſq́ue nonnullis emendatione dignis, quæ de illo Romæ fuerant audita... Sed interim Alexandro Papa defuncto ſurrogatur Hildebrandus Archidiaconus, vocatus Gregorius VII. quem Henricus in conuentu Imperij refutauit Pontificem: ſed tamen ipſe potiùs Imperator à ſuis Epiſcopis eſt deſertus... Hinc Saxonũ Principes miſsâ legatione ad Sedem Apoſtolicam conqueſti ſunt, quòd Rex diuinæ legis contemptor Eccleſiis Dei in conſtituendis Epiſcopis omnem liberæ electionis facultatem ademerit, ponens per violentiam Epiſcopos, quos voluiſſet. Inſuper quòd more Nicolaitarum, de coniuge ſuâ publicum voluit facere proſtibulum, vt ſubiiceret, (quod in ſe fuit) aliorum libidini; aliaque multa auditu horrenda crimina. Quamobrem Papa zelo iuſtitiæ permotus, crebris epiſtolis & nunciis Regem denuò ad Synodalia reſpõſa, & Sedis Apoſtolicę deuocauit audientiam: ſed Rex ſecundam ac tertiam eius vocationem diſſimulauit. Quocirca Epiſcopi & omnes Principes Saxoniæ deſeruēte Regem: atque paullo poſt in maximo colloquio Principum apud Oppenheym, vbi penè totius regni Principes, ſed maximè Saxonum & Sueuorum, ſubiectioni Regis cõtumacis renunciabant: cauſam prætendentes, quod à duobus ſummis Pontificibus euocatus ad ſatisfactionem non veniſſet; & pro contemptu ſententiam excommunicationis in Romanâ Synodo à Papâ accepiſſet. Hâc re compertâ Rex humiliter, vtpote reconciliationem Eccleſiæ petiturus, Romam verſùs proficiſcitur: inuentoque Pontifice in opido citeriore, ibi per triduum ad portam opidi depoſito omni regio faſtu diſcalceatus, & laneis

Nota, nota

Humiliatur Pont. ſummo. & reconciliatur.

laneis indutus perſtitit, donec interuentu plurimorum reconciliationem acciperet. Relaxato tandem anathematis vinculo, in communionis gratiam & ſinum matris Eccleſiæ eſt receptus, acceptis ab eo in futurum vitæ melioris aſſecurationibus multis.

12. *Turpe dictu, quod de vxore vulgand. Krantzius narrat: ſed turpius, quòd filium ſuum ad ſubijciendam nouercam ſollicitauerit, de quo in hæc verba iterùm Krantzius.* Quum iam alteram ſibi iunxiſſet vxorem, Vthonis Marchionis relictam, nihil modeſtiùs in eâ ſe geſſit, quàm priore. Nam filium ſuum Conradum optimum adoleſcentem, & qui meliore parente dignus videretur, ad vxoris fertur inuitaſſe complexum. Quumque horreret infandum crimen bonus iuuenis, vt eum ad ſcelus animaret, fertur illi in aurem dixiſſe, ſe patrem illius non eſſe, natum adulterio. & ideò torum ſuum non eſſe illi tantoperè refugiendum. Magis magiſque aucto in pudente iuuene horrore, meditatur patris cedere furori, idque fecit concedens in Italiam; vbi præſidio Mathildis nobiliſſimæ fœminæ ſuſcipitur, magnumque illi regnum paratur: nam pater illum iam ante Regem iuſſit coronari. Regina verò elapſa de manibus Henrici peruênit & ipſa in Italiam, ductuque Mathildis ad Vrbanum Pontificem: qui deteſtatus ſcelera Regis, renouauit excommunicationem in ipſum.

5 Metrop. c. 21.

Impietas eius in vxorem.

Rurſus excommunicatur.

13. Hæc ſunt illa tempora, quibus Henricus Quartus Rex in Germaniâ aduerſus eos qui Pontificem ſequerentur, & in Italiâ aduerſus Conradum filium ibi regnantem, multa peregit: ſed non eſt proſperatus, aduerſante ſibi in Italiâ Mathilde potentiſſimâ fœminâ de genere Saxonum; & in Germaniâ Sueuos cum Saxonibus, & multis Pontificibus, habuit obuios. Nam Vrbanus Papa ſuper Eccleſiarum commotione multiplici cõgregauit multa Concilia, multa etiam promulgauit decreta. Inter quæ, conuocatis ad Placentiam ciuitatem ducentis ferè Patribus, Henricum Imperatorem tam à ſe, quàm prædeceſſoribus ſuis communione priuatum declarauit; maximè Reginâ Henrici vxore ad-

Ind. cap. 28.

ſtante, multaque in illum nefanda ad aures illius Synodi ſignificante. *Hactenus A. Krantzius, nec diſſimiliter Trithemius.* Chron. Hirsaug. ad ann. 1092.
Vrbanus Synodum in vrbe Roma congregat, in quâ Henricum Regem hæreticum, Simoniacum, Nicolaitarum hæreſeos principem, ſanctæque matri Eccleſiæ inobedientem atque rebellem publicè denuncians, pro inauditis ſceleribus in vxorem propriam commiſſis iterùm excommunicat: ipſumque ſchiſmaticum, & hoſtem Dei & ſanctæ Eccleſiæ eſſe proclamat. *Item paullò pòſt:* Voluit Henricus Saxoniam hoſtili manu inuadere, propterea quod omnes Saxones, vt veri Catholici, cum Eccleſiæ Romanæ Pontificibus benè ſentirent, ſed non potuit: quia filius eũ deteſtabatur, quemadmodùm & cuncti fideles; quoniam excommunicatus denunciabatur à tribus Apoſtolicæ Sedis Præſulibus, Gregorio ſcilicet VII., Vrbano II., & Paſchali æquè II.

Saxones olim Catholici cum Pont. conſentientes. — Ind:d. ad an. 1105

14. Tandem in hanc cataſtrophen abiit hæc tragœdia, vt Cęſar ipſe à Summo Pontifice non excommunicatus ſolùm ſit, ſed & reliquis potentioribus Principibus, qui Henrico ſacramento adſtricti erant, mandatum; vt Imperatorem alium deſignarent. *Lubet paucula ex ipſ. formâ excommunicationis adſcribere, & Pontificis Gregorij VII. imprecationem, quæ mox Vltore Deo ad effectum deducta eſt. Inter alia hæc Pontificis verba ad Sanctos Apoſtolos:* Agite igitur Apoſtolorum ſanctiſſimi Principes, & quę dixi, veſtrâ auctoritate inrei poſitâ confirmate: vt omnes nunc demum intelligant, ſi poteſtis in cælo ligare & ſoluere; in terrâ quoque Imperia, regna, principatus, & quicquid habere mortales poſſunt, auferre, & dare nos poſſe. Si enim quæ ad Deum pertinent, iudicare poteſtis: quid de his inferioribus & profanis cenſendum eſt? Et ſi Angelos dominãtes ſuperbis principibus veſtrum eſt iudicare: quid in ſeruos illorum facere vos decet? Ediſcant nũc Reges huius exemplo, & omnes ſæculi Principes, quid in cælo poſſitis, quantique apud Deum ſitis: ac deinceps timeant ſanctæ Eccleſiæ mandata contemnere. Hoc autem iudicium citò in Henricum exercete: vt intelligant omnes iniquitatis filium non fortuitò, ſed veſtrâ operâ è regno cadere.

Hēricus IV Imp imperio deiectus. — Io. Carion. Hērico 4.

Pont. imprecatio contra Imperatorem. — Plat. Greg. VII.

Nota.

15. *Tu*

1[illegible] *[illegible] vide vim excommunicationis, & [illegible]cationis* Al. Krantz 5. Metr. 33.
[illegible]æ. N[illegible] fit conuentus in Natali Dominico *Qua mox esse vim sortita.*
apud Moguntiam, totius regni Teuthonici tantâ frequentiâ, quantâ numquam ab hominum memoria. Referebant, qui aderant, quinquaginta duos optimates ibi tunc laicos Principes, aut [illegible], adfuisse: adeò, vt solus Dux Saxoniæ Magnus, quem iam grauior ætas detinebat, defuisset. Ibi superuenientes Apoſtolicæ Sedis Legati, Epiſcopus Albanus Cardinalis cum Conſtantienſi, ſententiam anathematis in Henricum ſeniorem dictum Imperatorem à tot ſibi ſuccedentibus Apoſtolicis ſæpius promulgatam; ſcriptis ſimul & dictis teſtificantes, vniuerſam multitudinem, imò totam toto orbe diſperſam Eccleſiam, ab eius communione, Chriſti & beati Petri auctoritate, multis iam annis ſequeſtratam confirmabant. & eius quæ ſententia inualuit, vt Henrico diadema tollendum, & ad filium decernerent transferendum. Venerunt ergo Principes ad eum Ingelheym, Moguntinus, Colonienſis, Wormatienſis, & Imperialia ab eo exegerunt inſignia. *F[illegible] dicò, ſeu præſens fuerit, ſeu abſens, Imperij inſignia [illegible]*, crucem, lanceam, ſceptrū, globum, atq; coronam. Cæterum (*quod Carion ſcribit*) dum quinquennio propter excommunicationem Pontificis inhumatus iacuiſſet, in Spirenſi Baſilicâ ſepultus eſt acceptâ abſolutione.

Ceſſit imperio Henricus IV.

Carion. Henric. IV

A. Krãtz Metrop. c. 30. Henricus V. *viſus eſt* primâ quidem fronte præferre vmbram pietatis, ſed vbi conualuit in regno, patris etiam acta in deterius ſuperauit, Eccleſiæ grauior, quam fuerit parens eius. *Mortuo Paſchali II. Pont. ſuccedit Joannes:* ſed quia Imperator electioni non interfuerat, Hiſpanum quendam nomine Burdinum ipſi ſuperordinauit. Sed Gelaſio in Cluniaco mortuo, & Calixto ibidem in Papam conſecrato, Imperator cum omnibus ſibi aſſentientibus per ipſum excommunicatur. *Tandem* ad cor rediens, inueſtituram Epiſcoporum & aliorum prælatorum, per annulum & baculum, pro quâ cum Paſchali Papâ quàm plurimùm contendebat, Calixto Papæ liberè reſignauit: & conceſſit per omne Imperium in omnibus Eccleſiis canonicam fieri electionem.

Henricus V. Imp. excõmunicatus.

M. Pol. Henr. IV. an. 1110.

Id. Gelaſ. PP. 2.

Sed reſipuit.

M 3 Poſſeſ-

Poſſeſſiones & regalia B. Petri, quæ propter ſuam, vel aliâ causâ Eccleſiæ, diſcordiam alienata fuerant, Eccleſiæ Romanæ reſtituit. Poſſeſſiones etiam aliarum Eccleſiarum,& aliorum tam Clericorum, quàm laicorum, quæ occaſione belli ſui, quod habuit, Eccleſiæ ablatæ fuerant, reſtitui fideliter diſpoſuit.

17. *Huius auo Henrico Tertio propter diſsidia in Pontificum electione vitanda pro tempore conceſſum eſt, Pontificem ſine ipſius calculo non electum iri*, Romanis ſibi promittentibus, & iurantibus ſe ſine ipſius conſenſu numquam Romanum Pontificem electuros. *Porrò*, quod temporum neceſſitate indultum eſt, vt de Romanis Pontificibus diſponeret, non potuit iuri diuino præiudicare: quod vtique tradit; Nolite tangere Chriſtos meos. Nam immunitatem Eccleſiæ, & Sacerdotum, & reges Ægypti & Babylonis ante Chriſtum diu conſtituerunt, quod ſacræ literæ non tacent.

Imperatori inſ non eſt eligendi Pont.

Id. Bened. 9.

A.Krānz. 5. Metrop. c 23.

Pſ.104.15.

Gen.47.22

18. Fredericus I.*cognomento Barbaroſſa Dux Sueuiæ ab Adriano IV. Pont. Imperij coronâ donatus eſt, qui & Fredericum excommunicauit*. Poſt Adrianum ingens ſchiſma exortum eſt. Cardinalium quidam Octauianum Romanum ciuem elegerunt, qui Victor dictus eſt: à quibuſdam electus eſt Alexander III. Senenſis anno 1159. in ordine 178. Fredericus Barbaroſſa Octauianum, vt verum Pontificem complexus eſt: ſed interim tamen Synodis coactis diſquirendum præcepit, vter Pontifex eſſet manſurus. Sed detrectans auctoritatem Conciliorum Alexander, intra Galliam ſe continet, & excommunicat Fredericum. *Alexander Pōtificatum tenuit, qui Venetiis quo pacto Imperatorem in gratiam recepit, ſuprà dictum eſt*. Fuere multæ Frederici violētiæ, quas ille per tyrannidem diu exercebat in Eccleſiam; cùm vellet Imperij iura, pro quibus duo Henrici certauerant, Quartus & Quintus, recuperare: ſed nihil profecit, domitus, vt alij, gladio Eccleſiæ ſpirituali, qui ſolus præſtitit incolumem rem Eccleſiaſticam in omni prouinciâ aduerſus tyrannos obluctantes.

Fredericus I. Imp. excommunicatus.

Io. Cariō.

Præſ. 10. §.13.

A Krant.6 Metrop. c.19.

Nota.

Philippus item excommunicatus.

19. Philippus Frederici Barbaroſſæ filius *in gubernatione Italiæ*

M. Pol. Henr. V. an.1194. *Italiæ aduerſum habuit Innocentium* III. *Pont. M.* propter fratrem ſuum Henricum Imperatorem, qui Chriſtianam religionem in regno Siciliæ,* Archiepiſcopos, & Epiſcopos trucidauerat,& contra Romanam Eccleſiam ſemper tyrannidem exercuerat: propter quod ipſum, & omnes fautores ſuos,excommunicauit. Othoni verò Duci viriliter adhæſit, & ipſum Aquiſgrani in regem Alemanniæ coronari fecit. *videtur deeſſe eſt perſecutus, vel quid ſimile.*

Id. Innoc. 3.an.1192. Pla Innoc. 3. 20. Othonem IV. *Innocentius III. Pont.* coronauit, & depoſuit,quia fidelitatem non ſeruauit. *Enimuerò* contra ius faſque occupatis Monte-flaſcone, Radicoſano, multiſque Eccleſiæ Romanæ oppidis, in regnum Neapolitanum mouens, id adoleſcenti Frederico ſecundo ſublaturus (cuius ob ætatem,curam tutores adhuc gerebant) iram Pontificis in ſe concitauit, à quo & anathemate notatur, & Imperij titulis priuatur, cùm monitus vt ab iniuriâ diſcederet, parêre deſierit. Hanc ob rem Bohemiæ Rex cum Moguntino & TreuirenſiArchiepiſcopis,Lantgrauio Turingię atque Auſtriæ Duce ſuadête,Fredericū II.Siciliæ Regem vigeſimum agentem annum Romanorum Imperatorem deligunt.*Vtiliter,quæ Trithemius copioſiùs commemorat, exſcribemus.* Anno natiuitatis Dominicæ 1210. inter Papam & Othonem Imperatorem IV. grauiſſimæ diſſenſiones fuerunt ſubortæ propter MarchiamApulię;quam Imperator ad Imperium, Papa verò ad Eccleſiam pertinere Romanam confirmabat, propter donationem teſtamentariam dominæ Mathildis, filiæ quondam Rutgeri Principis Siciliæ famoſiſſimi, & vxoris Conradi Regis, filij Henrici Imperatoris IV. Hanc donationem per mulierem ſine conſenſu Principum Eccleſiæ factam, Papa validam, Imperator verò inualidam eſſe dicebat. Tandem cùm Imperator ipſam Marchiam Papæ non vellet concedere, ab ipſo fuit excommunicatus, & poſtremo ab Imperio depoſitus. *Nam* priuatus Imperij titulis annos quinque vixit, cùm iam Innocentius Legatos miſiſſet in Germaniam ad Principes, vt Cæſarem alium, nimirum Fredericum II. Henrici VI. filium, eligerent. *Otho IV. Imp. excōmunicatus Imperio abdicatur.* Chron. Hirſaug. *Nota.* Io. Car. Othon. 4

21. *Is Otho aliquando infeliciter aduerſus Franciæ regem pugnauit:* *Othonis IV pœnitētia.*

uit: cui hoc contigiſſe quis non videt ob contumaciam in Romanam Eccleſiam? *Qui* cùm magnis diu laboribus per annos pænè viginti in Regno & Imperio laboraſſet, nihil adeò ſenſit infortunatum, quàm Eccleſiæ rebellionē. Vnde factum eſt, vt numquā poſteà fęlix ſucceſſibus eſſet. Quum autem morbo laboraret, qui vitam illi abſtulit, nimiùm facti pœnitens, & ineffabili contritione compunctus, in arce Hartesburg manſitabat. A Sifrido Hildeſemenſi Epiſcopo abſolutus in pace quieuit, quam abſolutionem Honorius Papa ratificauit. Tanta autem fuiſſe fertur morituri pœnitudo, vt coquinariis ſuis præciperet collum ſuum calcaneis premere, & viliſſimam Dei creaturam omnino ſupplantare. — A. Krant. 7. Saxon. 35. Ind. c. 37.

Nota, nota.

Fredericus II. Imp. impietas.

22. Fredericus II. *Rex Siciliæ & Sueuiæ Dux, Othone deiecto Cæſar electus eſt* in diabolum malum in Iſrael. *Hic* ab infantiâ per Eccleſiam, tamquam per matrem educatus eſt, & ad Imperij faſtigium Othone damnato promotus, Eccleſiam Dei non fouit vt matrem, ſed tamquam nouercam, quam potiùs laniauit. *Filius fuit Henrici VI., qui Frederici primi maior filius*, cui deſponderant Conſtantiam monialem, vt per eam Regnum aſſequeretur Neapolitanum, imò vtriuſque Siciliæ; quo de matrimonio natus fertur ſecundus Fredericus, de radice reguli baſiliſcus. Erat enim iſte Secundus, maior quàm auus hoſtis Eccleſiæ, qui multa diu fecit ad eneruandam Eccleſiæ poteſtatem. Sed impegit in lapidem, ſuper quem Deus ædificauit Eccleſiam, cuius tantum eſt robur, vt nec portæ inferi præualeant aduerſus eam: quantò minus mortalis homo, vas putredinis, concha ſterquilinij? Cepit Cardinales ex prouinciis in vrbem properantes pro Concilio, in quo res omnes pacarentur. Nulli immunes: Prælati, Abbates, Præpoſiti, Archidiaconi, ad vnum omnes in carcerem coniiciuntur. — Io. Carion. A. Krāt. 7. Metrop. 35 M. Polon. Fred. ſecundo. — A Krant. 7. Metrop. c. 18. — Matth. 16. 18.

Cuius mater monialis.

Nota.

Excommunicatus denunciatur hæreticus.

23. *Itaque* tertiò eum Gregorius PP. IX. excommunicat, & hæreticum proſcribit. *quin etiam* ei Imperiū abrogat, & contra eundem, Salue Regina, &c. inſtituit. *Gregorij item ſucceſſor* Honorius Tertius, Fredericum Imperatorem ſibi rebellem, & Romanę Eccleſiæ competitcus aduerſariū, anathematizauit, — Ioan. Cariō Fred. 2. — M. Pol. Honorio 3.

Io.Carion. Freder.2. Mart.Pol. Innoc.IV.

uit,atq; Barones ab eius fidelitate abſoluit. *Sed &* Innocentius Quartus poſt magnas tractationes de pace cū Imperatore,dum ipſius contumaciam aduerſus Eccleſiā perpendiſſet,ſententias priorū Pontificum contra Imperatorem comprobauit; habitoque Concilio Lugduni abdicauit Imperio Fredericum, vſus Gallorū præſidio. & per litteras ſignificauit Electoribus Principibus,vt alium Cæſarem deſignaret. Illi autem dixerunt Imperatorem Henricum Thuringiæ Lantgrauium, & mortuo ipſo, Comitem Hollandiæ. *Alia nonnulla de Frederico ſcripſi in meo Commentario ad vitam S.Franciſci in ca.3. Cauſſas excōmunicationis & abdicationis Frederici habes VI.Decretal.li.II. tit.XIV. cap.II.* Ad Apoſtolicæ. *quæ non reſcribo.Latiùs etiam Albertus Krantzius lib.7.Metrop. cap.52.Sunt qui Fredericum excuſant,imò & laudant: ſed contemptor Numinis fuit, & nimium in Deum iniurius; cui* ſæpe in ore; Tres fuiſſe inſignes impoſtores,qui genus humanum ſeduxerunt, Moyſen,Chriſtum,Mahumetem. *quo, neſcio quid magis impium dici poſſit & ſacrilegum. Meritò imperio priuatus in publico odio & infamiâ obiit.*

Imperio deiicitur.

Ab. Vrſpergenſ. I. Lipſius I. Mon. c.4.1.

Impietas eius exégit.

Io.Carion. Conrad.4.

24. Conradus Frederici II. filius anno 1250. regnauit mortuo patre; ſed ab Innocentio Quarto excommunicatione notatus eſt.Lantgrauius Thuringiæ Henricus vicit eum apud Francfordiam. At verò vbi conſiderauit Conradus ſe deſtitutum præſidio Germanorum Principum, contulit ſe in hæreditarium regnum Neapolitanum, ibique defunctus vitā eſt. *&, quod alij tradunt, veneno extinctus à Manfredo notho fratre,qui ad Siciliæ regnum adſpirabat, Conradino Conradi filio iam tum agente in Sueuiâ.*

Conradus excommunicatus malè perijt.

Al. Krātz. 8. Metrop. c.18.

M.Pol. Alexand.4. an. 1254.

25. Manfredus Frederici II. nothus filius *Alexandro IV. Pont.* gerens ſe pro pædagogo Conradini nepotis Frederici, ipſo Conradino mendaciter publicato mortuo, ſibi ipſi coronam aſſumpſit: quod factum, quia in præiudicium domini Papæ fuit,excommunicatur. *Vexans etiam ditionem Eccleſiæ, Picenum occupauit auxilio Saracenorum.* Neapolis & Siciliæ Regem agebat,maiorique in Pontifices odio quàm parens & Conradus frater extitiſſent. Vrbanus IV.exem-

Manfredij tyranni, mors.

Pap.Maſſ. D.Ludoui. IX.

plo deceſſorum ſuorum fortiſſimè illi reſiſtebat. Veritus, ne hoſtium vires diutiùs ſuſtinere non poſſet; retulit in Senatu de regno Siciliæ iniuſto poſſeſſori eripiendo. In eius ſententiam itum eſt, vt Carolus frater Ludouici Regis, vir bello clariſſimus ad id regnum ſuſcipiendum euocaretur prȩterito Conradino impubere. *Ita Carolus fauente virtute, Romæ cum vxore regium nomen & ornatum aſſumpſit. Mox duxit in Campaniam, cùm Manfredus quoque ſuas copias in aciem educeret.* Franci acerrimè pugnârunt: ac partim fugatis partim cæſis hoſtium copiis, victoriâ ſunt potiti. Manfredus fortiſſimè prælians cecidit, cuius cadauer triduo pòſt agnitum eſt: id efferri leges Pontificiæ de interdictis non permittebant. Itaque funeris honore caruit. Vxor eius & liberi in vinculis publicis deceſſère. *Scribunt nonnulli à ſequenti Pontifice Clemente IV. factum, quod ab Vrbano IV. iam relatum dicitur.*

Sicilia regnum Carolo defertur. | Ibid. | Plat. Vrb. 4 Lipſ. 2. Moni. Pol. c.14 ex. 19.

26. Conradino Conradi filio *Frederici II. nepoti etiam mors fuit cruenta. Mortuo Manfredo exercitum & ingentes copias duxit aduerſus Carolum, quem Pontifex euocauerat ad regnum;* paruipendēs domini Papæ excommunicationem. *Res Caroli deſperatæ videbātur, cùm propter exercitus hoſtilis multitudinem, tum propter totius penè Siciliæ rebellionem. Sed, quod Pontifex Vrbanus IV. prædixerat, euēnit:* tamquam ouis ad victimam intrauit Apuliam. *Cæſo profligatóque exercitu, ipſe cum Auſtriæ Duce ex fugá retractus, decollatus eſt Carolo in altá turri ſpectāte. Barbarum id, ſed tamen factum. Sed* nec diu victoriâ, aut regnis Caroli poſteri gauiſi ſunt, & Hiſpani eiecerunt.

Conradinus malè periit. | M. Pol. an. 1268. | Id. Clem. 4. | Lip. 2. Mo. Pol. c. 14. ex. 19.

27. *De excommunicatis Imperatoribus Romanis, & abdicatis imperio Romani Pontificis auctoritate, ex Ioannis Carionis recenſione hæc, quæ habui. Subiungo nonnulla memorabilia exempla, in alijs Regibus à Romano Pontifice ſimili modo excommunicatis & regno deiectis.* Boleſlaum II. Poloniæ Regem *ob notā libidinem, aliáque crimina S. Staniſlaus Cracouienſis Epiſcopus fidelium communione ſubmouit. Rex irā furens S. Epiſcopum ſacris operam dantem, hoſtiam immaculatam offerentem ad altare ſuá manu obtruncauit.* Hæc vbi Romæ nunciata ſunt, Pontifex Max. Gre-

Boleſlaus Poloniæ rex excommunicatus.

M. Cromerius de reb. Polon. lib. 4. Gregorius eius nominis Septimus atrocitate rei commotus, toti Poloniæ ſacris interdixit; Boleſlaum diris deuouit, regnumq́; ipſi ſolenni ritu abrogauit; in poſterum quoque, ne quem Epiſcopi Regem iniuſſu ſuo vngerent & coronarent, edixit... Nihilominùs tamen annum & ampliùs poſteà regnauit Boleſlaus: ſed inuiſus omnibus, & externis etiam contemptibilis in Vngariam cum paucis comitibus fugit. Ab Ladiſlao Boleſlaus exul ſanè quàm comiter & honorificè acceptus eſt, manſitq́ue apud eum aliquamdiu. Verùm exagitante eum in dies magis ac magis patrati ſceleris conſcientiâ, acerbo & infatigabili ſceleratorum carnifice: amentiâ correptus mortem ſibi ipſe conſciuit, anno poſt Chriſtum natum milleſimo octogeſimo primo. *Mortē ſibi conſciuit.*

Io. Carion. Othon 4. 28. Innocentius III. Ioannem Angliæ Regem in ſacra prophanaque, nullius ordinis aut ætatis ratione habitâ, deſæuientem, miſſo Pandulpho V. C. graui denunciatione regni adminiſtratione ſubmouit. Quare territus Ioannes, quòd à ſuis Epiſcopis, Principibus, popularibuſq́ue deſtitueretur, inuitus ad ſanitatem rediit, Pontificemq́ue agnouit: ac graui iureiurando ſponſionem fecit ſe Pontificis arbitrio ſtaturum; poſteroſq́; Reges idem facturos, vt ſe deinceps Romani Pontificis beneficiarios perpetuò agnoſcerent. Vnde & anno pòſt ſecundo, nempe milleſimo ducenteſimo decimo quarto, Nicolaus Tuſculanus Cardinalis legatus miſſus tertio Kal. Iulij interdictum, quo anteà Anglia per ſex annos, menſes tres, ac dies duodecim obſtricta tenebatur, publicâ auctoritate ſuſtulit. *Ioannes Angliæ rex adminiſtratione regni ſubmotus. Angli beneficiarij Pontificis.*

Io. Trithe. Chro. Hirſ. ad an. 1324. 29. Ludouicus IV. Imperator cupiens dilatare dominium ſuum, vxorem cuiuſdam viri potentis violenter abſtulit, eamq́ue Othoni filio ſuo Brādeburgenſi Marchioni matrimonio cum pompâ & ſolennitate copulauit; viro eius, cum quo matrimonialiter vixerat annis vndecim, reclamante & auxilium Summi Pontificis, licet fruſtrà, inuocante. dicebat enim Imperator inter eum & illam impedimentum extare conſanguinitatis: ſed alia eum cauſa mouebat, ſcilicet, deſiderium habendi dominium ducatus Carinthiæ & Tyrolis, *Ludouicus IV. Imp. excommunicatus.*

quod ad ipſam mulierem iure hæreditario fuerat deuolutum. Vnde commotus Papa Ioannes XXII. tãtâ iniquitate, ſcripſit Ludouico, multis vicibus rogando, monendo & comminando, quatenus vxorem viro ſuo reſtitueret, & pro coronâ Imperij ſuſcipiendâ ad ſe Auinionem veniret. Sed Imperator Papam contemnens, nec mulierem viro ſuo reſtituit, nec venire in Galliam conſenſit. Quamobrem iratus Pontifex nimio furore, non iniuſtè commotus ei communionem Eccleſiæ interdixit, & variis cenſuris eum publicè damnauit.

Imperio abrogatur.

30. Tam pro iſto, quàm pro multis aliis ſceleribus denuò excommunicatus fuit à Clemente Papâ Sexto, tandemq; ab Imperio depoſitus. Nam Clemens PP. VI., qui Ludouicum per ſententiam ab Imperio ſe depoſuiſſe dicebat, mandauit Principibus, vt infra certum terminum quem eis præfixerat, niſi ius electionis vellent amittere, in locum Ludouici alium eligerent Imperatorem, qui mandatis Eccleſiæ, vt filium decet, pareat: alioquin ſe neceſſariò curam, vt ſupremum caput, de Imperio habiturum. Conuenientes itaque in Reyns infra Bopardiam iuxta Rhenum vndecimâ die mẽſis Iulij, Baldevvinus Archiepiſcopus Treuerenſis, Walramus Archiepiſcopus Colonienſis, Gerlacus cui Papa prouiderat de Eccleſiâ Moguntinenſi, Ioannes Rex Bohemiæ, & Saxoniæ Dux, Carolum Ioannis ſupradicti Bohemiæ Regis primogenitum in Regem Romanorum vnanimiter præſentem elegerunt.

Ind. ad an. 1344. & an. 1346.

Pogebratius Bohemia Rex de hæreſi dãnatus excommunicatus.

31. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto Paulus Pont. M. Georgium Pogebratium Bohemiæ Regem conſiſtorio publico de hęreſi damnat, dignitate & regno per ſententiam priuat. Hic enim Georgius poſt obitum Ladiſlai in Regem electus iurauit in manus duorum Epiſcoporum, tactis Sacramentis Euangelicis, publicè dum coronationis inſignia reciperet, quòd deinceps fidelis & obediens eſſet S. Romanæ Eccleſiæ: & cùm ſe, conthoralem ſuam ac liberos tali iuramento obligaſſet, per Fredericum Romanorum Imperatorem cõfirmatus extitit.

Io. Naucl. vol. 2 Chronol. Gen. 49.

Verùm

Verùm cùm his omnibus contraria poſteà ageret, & hæreticorum ſectam foueret; Vratiſlauienſes & ceteri Catholici homagium illi præſtare recuſabāt. declarauerat enim ſe pro ſectâ hæreticorum, propter quod eū Papa antè Pius, & pôſt Paulus grauiſſimis cenſuris ac totum regnum fulminabant.

32. Henricus VIII. Angliæ Rex, *cetera laudatiſſimus, ſed impotenti Annæ Boleniæ amore exarſit, vt ea Regem amatorem propulerit, Catharinam Caroli V. Imperatoris materteram contra omne ius & æquū repudiare. Monuit eum Clemens VII. Pont. M. ex officio curæ paſtoralis; & minatus eſt*, ſe ei intra certum tempus aquâ & igni, & Chriſtianis ſacris interdicturum, niſi repulsâ Annâ Catharinam in priſtinum coniugij locum recepiſſet. *Contempſit iuſſa Vicarij Chriſti, qui hoc modo aduerſus illum decreuit*; Noſtrâ ſententiâ, & ex conſilio & mero officio noſtro præfatum Henricum Regem maioris excommunicationis, & alias cenſuras & pœnas in dictis litteris contentas, ob earum nō paritionem & contemptum, damnabiliter incurriſſe & incidiſſe, ac ab omnibus Chriſti fidelibus euitandum fuiſſe & eſſe, declaramus & mandamus. *At Rex ille non multò pôſt ab auctoritate Romani Pontificis, religione Catholicâ, cuius anteà Defenſor appellatus fuit, ſuaq; priſtinâ pietate receſſit. Quamobrem rurſus à Paullo III. publicè excommunicatus fuit*, anathematis, maledictionis, & damnationis æternæ mucrone percuſſus.

Henricus VIII. Angliæ Rex excommunicatus.

P. Iou. Hiſt. li. 31.

Bulla Cum pendente Sum. Conſtit. Sum. Pont.

Ind. Paull. III. bulla 2.

33. Elizabetha *Henrici VIII. prædicti ex inaudito inceſtu filia, regina Angliæ, è regno rurſus Catholicâ religione proſcriptâ, (quam Maria reſtituerat) patrem imitata, miris artibus iuſto Dei iudicio orbem Chriſtianum exercuit, & exagitauit. Caput ſe voluit haberi Eccleſiæ: duriſſimam perſecutionem contra Catholicos mouit. Pius V. ſanctus Pontifex, vt finem ingraueſcentibus malis daret, in hæc verba ſententiam tulit*: Illius auctoritate ſuffulti, qui nos in hoc ſupremo iuſtitiæ throno, licet tanto oneri impares, voluit collocare; de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, declaramus prædictam Elizabeth hæreticam & hæreticorum fautricem, eique adhærentes in prædictis, anathematis ſententiam incurriſſe, eſſeque à Chriſti corporis vnitate

Elizabetha eius filia regina Angliæ excommunicata.

Ind. Pius V bulla 39.

præciſos. Quinetiam ipſam prætenſo regni prædicti iure, nec non omni & quocumque dominio, dignitate, priuilegioque priuatam. & item proceres, ſubditos à iuramento, ac omni prorſus dominij, fidelitatis & obſequij debito abſolutos, prout nos illos præſentium auctoritate abſoluimus, & priuamus eandem Elizabeth prætenſo iure regni, aliiſque omnibus ſupradictis. &c.

Henricus Borbonius percuſſus, ſed ſanatus

34. Henricus Borbonius Rex Nauarræ *quemadmodum à Sixto V. excommunicationis ſit ictus fulmine, non reſcribo. Percuſſus eſt, ſed ſanatus. Deprecatus culpam, Pontificis Romani meruit gratiam. Ideoque Chriſtianiſsimum regnum Galliarum adeptus feliciter hactenus regnat: diutiùs regnaturus in Chriſtianâ religione & auitâ pietate ſi conſtanter perſeueret.* Glorioſa in Deum pietas regiis honoribus immobile eſt fundamentum. *Sapienter Rex Salomon*; Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum. Aufer impietatem de vultu regis: & firmabitur iuſtitiâ thronus eius.

Summa Cõſtit. Sũ. Pont. Sixti V. bul. 14.

Cyril. Alex. de rectâ in Deum fide ad Theod. Prou. 25. 4

Recollectio priorum.

35. *Digreſſus fortean videor à propoſito? ſed tamen ille reflexus ducit nos ad ſcopum, quem collineamus. quod vt videas, breui cerâ calculatorum more dictorum colligamus ſummam. Oſtenſum eſt omnium penè gentium vnanimi conſenſu, Romanum Pontificem iam inde ab initio Eccleſiæ Chriſtianæ pro capite ſemper habitum: quem non modò noſtri Theologi veteres, noui, ſed etiam magna illa nomina, Imperatores & Reges,* qui portant orbem, *cognouerunt, vnà etiam ingenuè faſſi ſunt* Summum Pontificem, Beatiſſimum Patrem Sanctiſſimumque, *qui ſit* Gentium conſecrator, Paſtor Paſtorum, Pater Patrum, cui datæ claues regni cælorum; cuius Cathedra Apoſtolica Sedes; *atque adeò* Petri Sedem obtineat, Petri ſucceſſor; imò in loco Dei ſedeat Vicarius Dei: *in tantum, vt ſuperbi illi Imperatores & Reges haud grauatè ad illius ſe pedes exoſculandos humiliauerint, velut quoddam numen in illo Chriſti & auctoritatem profitentes. cuius à Deo tanta poteſtas illos ipſos Reges & Imperatores excommunicandi, atque etiam regno & imperio abdicandi, ſententiam Petri ſucceſſoris in terris comprobante ſententiâ Dei in cælis. Neque enim Pontificis Max. vana fuit excommunicatio, aut*

Iob, 9, 13.

inanis

inanis imprecatio: ſed effectum ſortita multorum non dubioſis teſtimonijs, illorum quoque qui hoſtiles Eccleſiæ habentur, comprobatur. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in
Matth. 16. 19. cælis. *Tu, benigne Lector, in animum demitte, quod olim à Chriſtianis doctum creditumque fuit*; A terrâ iudicandi principalem *Pontificum ſententiam Deus confirmat.*
Chryſ. ho. 5. de verbis Iſaiæ. auctoritatem ſumit cælum. Nam iudex ſedet in terrâ, Dominus ſequitur ſeruum. & quicquid hîc in inferioribus iudicat, hoc ille in ſupernis comprobat.

Pol. Verg. 4. de inuēt. rer. c. 10. Atque ſic Romanus Pontifex cunctarum eſt Eccleſiarum caput; & id quidem omnium gentium conſenſu: ita, vt non ſit vel impiis hominibus locus iam vllus aliter ſomniandi, nedum diſputandi relictus. *Et verò illi* quiſquis prin- *Nota.*
Leo ep. 89. ad Epiſcopos Vien. prou. c. 2. cipatum æſtimat denegandum: illius quidem nullo modo poteſt minuere dignitatem, ſed inflatus ſpiritu ſuperbiæ ſemetipſum in inferna demergit.

PRÆSCRIPTIO XIII.

Romanam Eccleſiam Apoſtolicæ doctrinæ fidiſſimam eſſe cuſtodem.

1. *VIdes caput orbis Pontificem Romanum; vides perennem Pontificum Romanorum ſucceſſionem. Itaque cum fru-* *Cum perenni Pontificum ſucceſſione fides tradita cuſtodita.*
Iren. lib. 3. cap. 3. *ctu repetimus*, Hac ordinatione, & ſucceſſione ea, quæ eſt ab Apoſtolis in Eccleſiâ, Traditio & veritatis præconiatio peruênit vſque ad nos. Et eſt pleniſſima hæc oſtenſio vnam & eandem viuificatricem fidem eſſe, quæ in Eccleſiâ ab Apoſtolis vſque nunc ſit conſeruata & tradita in veritate.
Idem l. 3. c. 2. *Igitur* ad eam traditionem, quæ eſt ab Apoſtolis, quæ per ſucceſſiones presbyterorum in Eccleſiis cuſtoditur, prouo-
Ind. Præf. camus eos, *qui aduerſantur traditioni; validam iſtiuſmodi* habētes aduerſus omnes hæreticos contradictionem, & fiducialiter ac inſtantiſſimè reſiſtentes eis pro ſolâ verâ ac viuificâ fide, quam ab Apoſtolis Eccleſia percepit & diſtribuit filiis ſuis. Etenim Dominus omnium dedit Apoſtolis ſuis poteſtatem Euangelij, per quos & veritatem, hoc eſt, Dei filij doctrinam cognouimus; quibus & dixit Dominus; Qui

vos

vos audit, me audit. &; Qui vos contemnit, me contemnit, & eum, qui me miſit. *Luc. 10. 16*

Illa quæ toto orbe ab Apoſtolis prædicata.

2. Non enim per alios diſpoſitionem ſalutis noſtræ cognouimus, quàm per eos, per quos Euangelium peruênit ad nos, quod quidem tunc præconiauerunt: poſteà verò per Dei voluntatem in ſcripturis nobis tradiderunt fundamentum & columnam fidei noſtræ futurum. Nec enim fas eſt dicere, quoniam antè prædicauerunt, quàm perfectam haberent agnitionem: ſicut quidam audent dicere, gloriantes emendatores ſe eſſe Apoſtolorum. Poſteà enim quàm ſurrexit Dominus noſter à mortuis, & induti ſunt ſuperuenientis Spiritus ſancti virtutem ex alto, de omnibus adimpleti ſunt, & habuerunt perfectam agnitionem; exierunt in fines terræ, ea quæ à Deo nobis bona ſunt euangelizantes, & cæleſtem pacem hominibus annunciantes, omnes pariter & ſinguli eorum habentes Euangelium Dei. Ita Matthæus in Hebræis ipſorum linguâ ſcripturam edidit Euangelij, cùm Petrus & Paulus Romæ euangelizarent & fundarent Eccleſiam. Pòſt verò horum exceſſum Marcus diſcipulus, & interpres Petri, & ipſe quæ à Petro annunciata erant, perſcripta nobis tradidit. Lucas autem ſectator Pauli, quod ab illo prædicabatur, Euangelium in libro condidit. Poſteà & Ioannes diſcipulus Domini, qui & ſupra pectus eius recumbebat, & ipſe edidit Euangelium Epheſi Aſiæ commorans. *Enimuerò* poſuit Deus primò in Eccleſiâ Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores. Vbi igitur chariſmata Domini poſita ſunt, ibi diſcere oportet veritatem: apud quos eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis, Eccleſiæ ſucceſſio, & id quod eſt ſanum, & irreprobabile conuerſationis, & inadulteratum, & incorruptibile ſermonis conſtat.

Iren. adu. hær. l. 3. c. 1

Ordinem Euangeliſtarũ notat.

Ind. l. 4. cap. 45. Ephe. 4. 11

Succeſſio Epiſcoporũ traditionẽ ſeruat.

3. *Enimuerò* agnitio vera eſt Apoſtolorum doctrina, & antiquus Eccleſiæ ſtatus in vniuerſo mundo, & character corporis Chriſti ſecundùm ſucceſſiones Epiſcoporum, quibus illi eam, quæ in vnoquoque loco eſt, Eccleſiam tradiderunt, quæ peruênit vſque ad nos cuſtodita ſine fictione ſcripturarum, tractatione pleniſſimâ, neque additamentum, *Ind. c. 63.*

tum,

tum, neque ablationem recipiens: & lectio ſine falſatione, & ſecundùm ſcripturas expoſitio legitima, & diligens, & ſine periculo, & ſine blaſphemiâ, & præcipuum dilectionis munus, quod eſt pretioſius, quàm agnitio; gloroſius autem, quàm Prophetia, omnibus autem reliquis chariſmatibus ſupereminentius.

Idem l. 4. cap. 43. 4. Quapropter eis, qui in Eccleſiâ ſunt, presbyteris obaudire oportet, his qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, ſicut oſtendimus, qui cum Epiſcopatus ſucceſſione chariſma veritatis certum ſecundùm placitum Patris acceperunt. Reliquos verò qui abſiſtunt à principali ſucceſſione, & quocunque loco colliguntur, ſuſpectos habere, vel quaſi hæreticos & malæ ſententiæ; vel quaſi ſcindentes & elatos, & ſibi placentes; ac rurſus vt hypocritas, quæſtus gratiâ, & vanæ gloriæ, hoc operantes. Omnes autem hi decidunt à veritate. Et hæretici quidem alienum ignem afferentes ad altare Dei, id eſt, alienas doctrinas, à cæleſti igne comburentur, quemadmodum Nadab & Abiu. Qui verò exurgunt contra veritatem, & alteros adhortantur aduerſus Eccleſiam Dei, remanent apud inferos voragine terræ abſorpti, quemadmodum qui circa Core, Dathan, & Abiron. Qui autem ſcindunt & ſeparant vnitatem Eccleſiæ, eandem quam Hieroboam, pœnam percipiunt à Deo. *Qui iure ſequendi deſertis hæreticis.* Leui. 10. 1. Num. 16. 33. 3. Reg. 14. 10.

Iren. adu. hær. lib. 3. cap. 4. 5. Tantæ igitur oſtenſionis cùm ſint hæc, non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facilè eſt ab Eccleſiâ ſumere: cùm Apoſtoli, quaſi in depoſitorium diues, pleniſſimè in eam contulerint omnia, quę ſint veritatis; vti omnis quicumque velit, ſumat ex eâ potum vitæ. Hæc eſt enim vitæ introitus: omnes autem reliqui fures ſunt & latrones. propter quod oportet deuitare quidem illos: quæ autem ſunt Eccleſiæ, cum ſummâ diligentiâ diligere, & apprehendere veritatis traditionem. *Eccleſia depoſitorium diues veritatis.* Io. 10. 8.

Tertull. de Præſc. 36. 6. Age iam, qui voles curioſitatem melius exercere in negotio ſalutis tuæ; percurre Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſæ adhuc Cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſidentur, apud quas ipſæ authenticæ litteræ eorum recitantur, ſonan-

A Româ diſcendum quod Apoſtoli docuerint.

tes vocem, & repræſentantes faciem vniuſcuiuſque... Habes Romam, vnde nobis quoque auctoritas præſtò eſt. Statu felix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt; vbi Petrus paſſioni Dominicæ adæquatur; vbi Paulus Ioannis exitu coronatur; vbi Apoſtolus Ioannes, poſteaquàm in oleum igneum demerſus nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur. Videamus quid dixerit, quid docuerit, quid cum Aphricanis quoque Eccleſiis conteſſerârit. Vnum Deum nouit creatorem vniuerſitatis, & Chriſtum Ieſum ex Virgine Mariâ Filium Dei creatoris; & carnis reſurrectionem. Legem & Prophetas cum Euangelicis & Apoſtolicis litteris miſcet, & inde potat fidem eam. Aquâ ſignat, ſancto Spiritu veſtit, Euchariſtiâ paſcit, martyrio exhortatur: & ita aduerſus hanc inſtitutionem neminem recipit. Hæc eſt inſtitutio, non dico iam, quæ futuras hæreſes prænunciabat; ſed de quâ hæreſes prodierunt. Sed non fuerunt ex illâ, ex quo factæ ſunt aduerſus illam.

Ab Apoſtolis traditum, quod apud Eccleſias Apoſtolicas ſacroſanctum.

7. *Et quoniam* conſtat id verius, quod prius; id prius, quod & ab initio; ab initio, quod ab Apoſtolis: pariter vtique conſtabit id eſſe ab Apoſtolis traditum, quod apud Eccleſias Apoſtolorum fuerit ſacroſanctum. Videamus, quod lac à Paulo Corinthij hauſerint; ad quam regulam Galatæ ſint recorrecti; quid legant Philippenſes, Theſſalonicenſes, Epheſij; quid etiam Romani de proximo ſonent, quibus Euangelium & Petrus & Paulus ſanguine quoque ſuo ſignatum reliquerunt. *Nam & cum Epiſcopatus ſucceſſione chariſma veritatis certum acceperunt, cuſtodieruntque.*

Tert 4. aduerſ. Marcio. c. 5.

8. *Igitur* credimus, propter quod & loquimur, atque conſtanter profitemur; Romana Eccleſia ea eſt, vt in toto orbe terrarũ, quęcunque natio diſſentit ſuperbè ab eâ, non ſit iam dicenda vel habēda eccleſia aliqua, ſed omnino nulla: quin potiùs conciliabulum hæreticorum, aut conuenticulum ſchiſmaticorum, & ſynagoga Satanæ. *Itaque Cathedræ Petri communione ſociemur, ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſcimus.* Quicunque extra hanc domum agnum comederit, profanus eſt. Si quis in arcâ Noë non fuerit, peribit regnante diluuio... Qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt.

Leo PP. ep. ad Michael. Epiſc. Conſtant. to. 3. Cõc.

Nota.

Hiero. ep. 57. ad Damaſ. to. 2.

PRÆ-

PRÆSCRIPTIO XIV.

Falsò Romanam Eccleſiam inſimulant Apoſtolicam deſeruiſſe doctrinam.

1. *MAgnum eſt, quod promittit Præſcriptio: ſi præſtet, omnes aduerſariorum conatus fruſtrà habebimus. Sed pugna acrior, cùm nos vincere, illi contrà ſuperare nitantur. quicunque vicerint, victis nihil erit reliqui. Horribiliter itaque attollens ſæuis emiſſus latebris coluber perfidiæ caput ſerpētinis euomit venena pectoribus, puriorem olim Romanenſem Eccleſiā fuiſſe ſibilans:* vniuerſum mundum eſſe diaboli, & factum de Eccleſiâ lupanar. *degeneráſſe nunc ab auitâ & Apoſtolicâ religione. Apoſtolica illa, inquiunt,* Ecclesia, quæ fuit omnium gentium, iam non eſt, periit. O impudentem vocem! illa non eſt, quia tu in illâ non es? Vide ne tu ideò non ſis: nam illa erit, etſi tu non ſis. *Clamant tamen hæc illi & vociferantur plurimorum aures exſurdantes; ſed tantùm more bacchantium clamant, probaturi numquam. Erratum eſt, aiunt: quod ſi recipiatur,* neceſſe eſt, vt fides beatorum patrum aut tota, aut certè magnâ ex parte violetur. neceſſe eſt, vt omnes omnium ætatum fideles, omnes ſancti, omnes caſti, continentes, virgines, omnes clerici, Leuitæ, & Sacerdotes; tanta Confeſſorum millia, tanti Martyrum exercitus; tanta vrbium, tanta populorum celebritas & multitudo; tot inſulæ, prouinciæ, Reges, gentes, regna, nationes; totus poſtremò iam penè terrarum orbis per Catholicam fidem Chriſto capiti incorporatus, tanto ſæculorum tractu ignorâſſe, errâſſe, blaſphemâſſe, neſciſſe quid crederet, pronuncietur.

> Mentiūtur Eccleſiam Rom. à pietate deerraſſe.
>
> Hier. to. 2. dial. adu. Luciferian. Aug. ſer. 2. in Pſ. 101.
>
> Vinc. Lir. cap. 33.
>
> Abſurda ex illo mendacio.

2. *O linguas præſcindendas, & inſana capita! Degenerauit Eccleſia? periit Apoſtolica doctrina? Ergo Deus omnipotens & clemens, cuius natura bonitas, cuius voluntas potentia, cuius opus eſt miſericordia, non voluit an non potuit ſeruare promiſſum, nobiſcum vt eſſet vſque ad conſummationem ſæculi? non potuit Spiritus veritatis manſurus nobiſcum in æternum manere diutiùs, profligatus ſcilicet à ſpiritibus erroris? Deſeruit Deus domum ſuam,*

> Quæ reuincuntur.
>
> Matth. 28. 20. Io 14. 17. 1. Tim. 3. 15.

quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis? *nimirum, qui Arcam Noë ſeruauit inundante diluuio; Eccleſiam ſuam in pietate & fide ſeruare non potuit, donec Lutherus, Caluinus, & omnes iſti heſterni nouatores ſomnium ſe vidiſſe de via clamarent*; Ecce hîc eſt Chriſtus, aut illic: Eamus & Matth. 24. 23.
Nota. ſequamur Deos alienos, quos ignoras, & ſeruiamus illis. *At* Deut. 13. 2.
omnes ferè nouerunt Catholici, ſe cum Eccleſiâ Doctores recipere, non cum Doctoribus Eccleſiæ fidem deſerere debere. Vinc. Lir. 23.

3. *Ceterùm Pontificum mores nobis opprobrant, & talia quæ*
Vnitas fidei euincit non erratum, ſed traditum, quod cuſtoditũ. *pios non decet reſcribere, maliuolis eſt volupe effutire; exemplo Iudæorum Chriſtum habere dæmonium calumniantium. Agè igitur,* Io. 7. 20. & 48.
omnes errauerint, Eccleſiam nullam reſpexerit Spiritus Sanctus, vti eam in veritatem deduceret, ad hoc miſſus à Chriſto, ad hoc poſtulatus à Patre, vt eſſet doctor veritatis; neglexerit officium Dei villicus, Chriſti Vicarius, ſinens Eccleſias aliter interim intelligere, aliter credere, quàm ipſe per Apoſtolos prædicabat: ecquid veriſimile eſt, vt tot ac tantæ in vnam fidem errauerint? Nullus inter multos euentus eſt vnus exitus: variaſſe debuerat error doctrinæ Eccleſiarum. Ceterùm, quod apud multos vnum inuenitur, non eſt erratum, ſed traditum. Tertull. Præſ. 28. Io. 14. 17.

Et varietas opinionum apud hæreticos. 4. *Sapienter dictum à Romano Sapiente*; Nullus terminus falſo eſt. Viâ eunti aliquid extremum eſt, error immenſus eſt. *Videmus hæreſes nouari; mutari in annos, & menſes. currunt in iſtis, & à viâ maximè aberrant, quia non habent terminum: ſed habent, qui regiam tenent, qui ad deſtinatum veniunt. At enim, ſi diis placet, illos heſternos* liberanda veritas expectabat. interim perperam euangelizabatur, perperam credebatur; tot milia milium perperam tincta, tot opera fidei perperam adminiſtrata, tot virtutes, tot chariſmata perperam operata; tot ſacerdotia, tot miniſteria perperam functa; tot denique
Nota. martyria perperam coronata. *Heu flebile fatum! niſi Lutherus antiqua nouaſſet; niſi Caluinus nouata mutaſſet, actum eſſet de ſalute generis humani.* Sen. ep. 16. Tertull. de Præſ. 29.

5. *At nunc cominùs cum hoſte pugnemus, armis inſtructi armamentarij*

mentarij communis. Priſtinam Eccleſiæ faciem hiſtoriæ priſcæ retegunt. Quid narrant? Noſtrorum laudes, progreſſus, viciſſitudinem, hoſtes. imò verò quod obſerues diligenter; illi, qui diſſidenr à nobis odio capitali, cùm ſe ad ſcribendum vel chronologiam Eccleſiæ, vel hiſtoriam, appuliſſenr, niſi noſtrorum geſta colligerent, ac inimicorum Eccleſiæ noſtrę fraudes & ſcelera coaceruarent, mille quingenros annos argumenti vacui prætermitterent. Cum his conſidera peculiares certarum hiſtoriographos regionum, qui vnius acta cuiuſque populi curioſiùs operoſiuſque ſcrutari ſunr; ij quaſi Spartam adepti, quam locuplerare modis omnibus & perpolire cuperenr, qui ne conuiuia quidem lauriora, aut manicatas tunicas, aut pugionum capulos, aut inaurata calcaria, taleſque minutias, ſi nouitatem ſaperenr, tacuêre: profectò, ſi quid in Religione mutatum, aut à primis degeneratum ſæculis inaudiiſſenr, frequentes memorâſſenr; ſi non frequentes, ſaltem aliqui; ſi non aliqui, vnus aliquis abſque dubio. Nullus omnino neque beneuolus nobis, neque maleuolus, non modò quicquam tale prodidit, ſed nec ſignificauit. *Enimuerò nullus potuit:* quia in Sede Apoſtolicâ extra maculam ſemper eſt Catholica ſeruata Religio.

Ed. Camp. rat. 7.

Hiſtoria nil de fidei mutatione produnt.

Iuſtinian. Imp. ep. ad Eulal. Epiſ.

6. *Sine vllo diuerticulo aut flexu, hoſtis rectâ ex aduerſum petendus eſt*. Dant nobis aduerſarij, nec aliter poſſunt, fuiſſe Romanam Eccleſiam aliquando ſanctam, Catholicam, Apoſtolicam; tum, cùm hęc à diuo Paulo promeruiſſet Elogia; [a] Veſtra fides annunciatur in vniuerſo mundo. [b] Sine intermiſſione memoriam veſtri facio. [c] Scio quoniam veniens ad vos, in abundantiâ benedictionis Chriſti veniam. [d] Salutanr vos omnes Eccleſiæ Chriſti: [e] veſtra enim obedientia in omnem locum diuulgata eſt. tum, cùm ibi [f] Paulus in liberâ cuſtodiâ diſſeminaret Euangelium. tum, cùm in eâ quondam [g] Babylone collectam Eccleſiam Petrus regerer. rum, cùm ille [h] Clemens apprimè laudarus ab Apoſtolo, ſederet ad ipſa gubernacula. tum, cùm prophani Cæſares, vt Nero, Domitianus, Traianus, Antoninus, Romanos

Ed. Camp. rat. 7.

Dant aduerſarij Ro. Eccleſiam fuiſſe Apoſtolicam & Catholicã.

a Rom. 1. 8

b 10.

c 15. 20.

d 16. 16

e 19.

f Act. 28. 30

g 1. Pet. 5. 13.

h Phil. 4. 3.

Etiam ipſe Caluinus.

Pontifices laniarent. tum etiam, vel Caluino teſte, cùm Damaſus, Syricius, Anaſtaſius, Innocentius clauum tenerent Apoſtolicum: hoc enim ſæculo nihil adhuc, præſertim Romæ, digreſſos ab Euangelicâ doctrinâ liberaliter ille concedit. *Vides* Romanæ fidei puriſſimum fontem? *Non aruit, non hæreſeos cœno veſtigia ſua turpauit. fas eſt* cogitare eos eſſe Romanos, (quorum fides Apoſtolo prędicante laudata eſt.) ad quos perfidia habere non poſſit acceſſum.

4. Inſtit. 2. nu. 3. & ep. ad Sadol. Hieron. ep. 16. ad Princi. c. 4. Cyp. ep. 55 ad Corn. PP.

Sed nihil vnquam de Romanæ fidei demutatione ſcriptum.

7. *Sed tamen iſti de viâ clamoſi magnis vocibus obſtrepunt; periit, periit Apoſtolica fides. quæſò te,* Quando igitur hanc fidem tantoperè celebratam Roma perdidit? quando eſſe deſiit, quod antè fuit? quo tempore? quo Pontifice? quâ viâ? quâ vi? quibus incrementis Vrbem, & orbem religio peruaſit aliena? quas voces, quas turbas, quæ lamenta progenuit? omnes orbe reliquo ſopiti ſunt, dum Roma, Roma inquam, noua Sacramenta, nouum ſacrificium, nouum religionis dogma procuderet? Nullus extitit Hiſtoricus, neque Latinus, neque Græcus, neque remotus, neque citimus, qui rem tantam vel obſcurè iaceret in commentarios? Ergo perſpicuum hoc quidem eſt, ſi quæ nos credimus Hiſtoria multa & varia, nuncia vetuſtatis, vita memoriæ loquitur, ac repetit affluenter; quæ iſti obtrudunt, nulla narratio poſt homines natos in Eccleſiâ valuiſſe commeminit: & Hiſtoricos eſſe meos, & incurſiones aduerſarias eſſe frigidiſſimas, quæ nihil mouere poſſint, niſi priùs receptum ſit, omnes omnium temporum Chriſtianos in ſpiſſam perfidiam atque in Gehennæ voraginem corruiſſe, donec Lutherus Boram conſtuprâſſet. *Abſit. nam* ſcito Romanam fidem Apoſtolicâ voce laudatam iſtiuſmodi præſtigias non recipere; etiamſi Angelus aliter annunciet, quàm ſemel prædicatum eſt, Pauli auctoritate munitam non poſſe mutari.

Ed. Camp. rat. 7. Hieron. apolog. 3. aduerſ. Ruffi. c. 4. Rom. 1. 8.

Berengarij blaſphemia aduerſus Eccleſiam.

8. *Ceterùm hæretici noſtri patrem ſuum Berengarium prorſus imitantur.* Berengarius traditus in reprobum ſenſum, ſanctam Romanam Eccleſiam vocat Eccleſiam malignantium, Concilium vanitatis, ſedem Sathanæ. & hoc impio ore garriunt, quod garriſſe nemo legitur, non hære-

Lanfranc. de Sacramento Euchariſt.

hæreticus, non ſchiſmaticus, non falſus aliquis Chriſtianus. Quotquot enim à primordio Chriſtianæ Eccleſiæ Chriſtiani nominis dignitate gloriati ſunt, (etſi aliqui relicto veritatis tramite per deuia erroris incedere maluerunt) Sedem tamen Sancti Petri Apoſtoli magnificè honorauerunt, nullamque aduerſus eam huiuſmodi blaſphemiam vel dicere, vel ſcribere præſumpſerunt: quod indubitatum habet, qui eorum ſcripta legit; quæ diuerſis temporibus; ac diuerſis de cauſis, Sedes Apoſtolica ab eis tranſmiſſa vel porrecta recepit. Denique ipſe Dominus honorificè alloquitur eam, in Euangelio ſuo dicens; Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum: & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. Quæ tametſi de paſtoribus ſanctæ Eccleſiæ dicta eſſe credantur, & à quibuſdam Catholicis exponantur: præcipuè tamen de Romanâ Eccleſiâ intelligenda eſſe, ſacri Canones & Pontificum decreta teſtantur.

Matth. 16. — *Nota.*

9. *Jtaque* Romanæ Eccleſiæ fides per Petrum ſuper terram ędificata nec hactenus defecit, nec deficiet in ſęcula, Chriſto eius Domino rogante pro eâ; ceu teſtatur ſub ipsâ paſſione ſuâ; Ego rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Quo dicto demonſtrauit fidem fratrum vario defectu periclitandam; ſed inconcuſſa, & indeficiente fide Petri, velut firmæ anchoræ ſubſidio figendam, & in fundamento vniuerſalis Eccleſiæ confirmandam.

Leo IX. adu. præſ. Micha. 32. Luc. 22. 32 — *Nō defecit fides Apoſtolica Romæ ab Apoſtolis tradita.*

10. *Roma non perdidit, non Chriſti patrimonium decoxit.* Soliditas enim illius fidei, quæ in Apoſtolorum principe eſt laudata, perpetua eſt. & ſicut permanet quod in Chriſto Petrus credidit: ita permanet quod in Petro Chriſtus inſtituit. *Hæc fides* tantâ diuinitus ſoliditate munita eſt; vt eam nec hæretica vnquam corrumpere prauitas, nec pagana potuerit perfidia.

Leo ſer. 2. in anni. aſſum. ſuæ. — *Ibid.*

PRÆ-

PRÆSCRIPTIO XV.

Hæreticos à Chriſto & Apoſtolis eius, vt caueantur, prædictos, Apoſtolicam Eccleſiam deſeruiſſe.

Hæretici patrimoniū Chriſti profligauerūt.

1. Itaque profligato à ſobole malâ patrimonio, apud Romanos ſolos incorrupta patrum ſeruatur hæreditas. ibi ceſpite terra fœcundo Dominici ſeminis puritatem centeno fructu refert: apud hæreticos obruta ſulcis frumenta, in lolium auenaſque degenerant. *id quod manifeſtè videmus, ſi* memores ſumus tam Dominicarum pronunciationum, quàm Apoſtolicarum litterarum, quæ nobis & futuras hæreſes prænunciarunt & fugiendas præfinierunt: vt ſicut eſſe illas non expaueſcimus, ita & poſſe id propter quod fugiendæ ſunt, non miremur. Inſtruit Dominus multos eſſe venturos ſub pellibus ouium rapaces lupos. Quænam iſtæ ſunt pelles ouium, niſi nominis Chriſtiani extrinſecus ſuperficies? Qui lupi rapaces, niſi ſenſus & ſpiritus ſubdoli ad infeſtandum gregem Chriſti intrinſecus deliteſcentes? Qui pſeudoprophetæ ſunt, niſi falſi prædicatores? Qui pſeudapoſtoli, niſi adulteri euangelizatores? Qui antichriſti interim & ſemper, niſi Chriſti rebelles? Hoc erūt hæreſes, non minùs doctrinarum peruerſitate Eccleſiam laceſſentes, quàm tunc Antichriſtus perſecutionum atrocitate perſequetur: niſi quòd perſecutio & martyres facit, hæreſis apoſtatas tantùm. Et ideò hæreſes quoque oportebat eſſe, vt probabiles quique manifeſtarentur, tam qui in perſecutionibus ſteterint, quã qui ad hæreſes non exorbitauerint.

Hieron. ep. 57.

Tertul. de Præſc. 4.

Matt. 7. 15

Sub pellibus ouium Antichriſti.

1. Cor. 11. 19.

Hæreſes, quia poſteriores mendaces.

2. *Quis negabit ante iſtas hæreſes orbem Chriſtianum fuiſſe & Catholicum? Itaque hæreſes euincuntur poſteriores: at* poſteritatem mendacitati deputandam ex illius quoque parabolæ patrocinio, quæ bonum ſemen frumenti à Domino ſeminatum primò conſtituit: auenarum autem ſterilis fœni adulterium ab inimico diabolo poſteà ſuperducit. Propriè enim doctrinarum diſtinctionem figurat: quia & alibi verbum Dei ſeminis ſimilitudo eſt. Ita ex ipſo ordine manife-
ſtatur

Tertull. de Præſc. 31.

Matth. 13. 24.

Luc. 8. 11.

ſtatur id eſſe Dominicum & verum, quod ſit priùs traditum: id autem extraneum & falſum, quod ſit poſteriùs immiſſum. Ea ſententia manebit aduerſus poſteriores quaſque hæreſes, quibus nulla conſtantia de conſcientiâ compe-tit ad defendendam ſibi veritatem. *Ante heſternos iſtos euangelizatores, ante Caluinum, ante Lutherum erant Chriſtiani fidem Catholicam profitentes. nempe Dominicus ager ſementem ſeruauit Chriſtianæ doctrinæ, à quâ illi Chriſtum didicerunt, & Euangelium, & quidquid Chriſtiana doctrina complectitur. Sed per illos malus dæmon ſuperſeminauit zizania profanæ & nouæ*
Tertul. præſ. 35. *doctrinæ*. Poſterior noſtra res non eſt, imò omnibus prior eſt: hoc erit teſtimonium veritatis vbique occupantis principatum.

3. *Nec dubium nouatores iſtos indicatos à Chriſto, cùm Apo-* Hæretici indicati à
Matth. 24. 23. *ſtolos ſuos & in ipſis nos ſollicitè præmoneret*; Si quis vobis di- Chriſto.
xerit, Ecce hîc eſt Chriſtus, aut illîc, nolite credere. Surgent
Atha. or. 1. cont. Aria. enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, &c. *Ita* diabolus venit dicens in vnoquoque; Ego ſum Chriſtus, & apud me eſt veritas, *cuius cognitione nullus ſuauior animo cibus eſt. hac eſcâ hamum iſti tegunt, vt incautos capiant, pietatis & ſa-*
Vinc. Lir. 35. *crarum ſcripturarum mantelo ſuas fraudes occultantes.* Sed tantò magis cauendi & pertimeſcendi ſunt, quantò occultiùs ſub diuinæ legis vmbraculis latitant. Sciunt enim fœtores ſuos Sub melle
nulli ferè citò eſſe placituros, ſi nudi & ſimplices exhalen- venena temperant.
tur; atque idcirco eos cœleſtis eloquij velut quodam aromate aſpergunt: vt ille, qui humanum facilè deſpiceret errorem, diuina non facilè contemnat oracula. Itaque faciunt, quod hi ſolent, qui paruulis auſtera quædam temperaturi pocula priùs ora melle circumliniunt; vt incauta ætas, cùm dulcedinem præſenſerit, amaritudinem non reformidet. Quod etiam curæ eſt, qui mala gramina & noxios ſuccos medicaminum vocabulis præcolórant: vt nemo ferè, vbi ſupraſcriptum legerit remedium, ſuſpicetur venenum.

Hilar. 7. de Trin. 4. *Itaque hæreſis* noſtris aduerſum nos vſa doctrinis, & Eccleſia
Eccleſiæ fide contra Eccleſiæ fidem pugnans, per ea quæ fide pugnat contra fidē
non negantur, ea prædicat quæ negantur. *Prætextu pietatis* Eccleſiæ.

& ſacrarum litterarum ſub nomine Chriſti fidem præſtruunt, vt maximâ cum mercede fallant. Non enim poſſunt decipere Hiero. in 3. Amos. ſimplices quoſque credentium, niſi nomen Chriſti propoſuerint: vt, dum putamus Chriſtum inuenire, pergamus ad Antichriſtum.

5. *Addam ad hæc paucas Apoſtolorum Chriſti prænunciationes de futuris hæreſibus. Petrum Apoſtolorum principem præpono.*

Magiſtri mêdaces & illuſores. Fuerunt & pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis 2. Pet. 2. 1. erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis; & eum qui emit eos, Dominum negant, ſuperducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur; & in auaritiâ fictis verbis de vobis negotiabuntur, quibus iudicium iam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat. *Item alibi;* Venient in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores, iuxta 2. Pet. 3. 3. proprias concupiſcentias ambulantes. *Deſcripſit Apoſtolicus ſermo monachos apoſtatas tumentibus buccis inflata verba trutinantes, repromittentes libertatem, cùm ipſi ſerui ſint corruptionis & luxuriæ, canes reuerſi ad vomitum. Nam poſt monaſticam veſtem & cibum pœnitentiæ, ad ſæculum & nitidam cutem, ad vinum & elaboratas carnes, ad iura Apicij, ad balneas ac popinas ſe conferentes; manifeſtum eſt, quòd terram cælo, vitia virtutibus, ventrem Chriſto præferant, & hunc mundum habeant regnum cælorum.* Illuſores, *inquit, & nota. Nam ingenium hæreticorum ad conuitia, calumnias, maledicta proclinare, paullò pòſt præſcribendum venit.*

Futuri in fine mundi. 6. *Subiungo pulcherrimam diui Paulli de venturis hæreticis vaticinationem.* Spiritus manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis 1. Tim. 4. 1. temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquentium mendacium. *Verè* ſequitur fidei defectionem hypocriſis Hilar. l. 10. de Trin. mendax: vt ſit vel in verbis pietas, quam amiſerit conſcientia. Et ipſam quidem ſimulatam pietatem omni verborum mendacio impiam reddunt, falſæ doctrinæ inſtitutis corrumpentes ſanctitatem fidei; dum ſecundùm deſideria ſtudiorum potiùs, quàm ſecundùm Euangelicam fidem, coaceruata

Ind. paulò antè. ſeruata doctrina eſt: *quando* non rationi voluntas ſubiicitur, nec ſtudium doctrinæ impenditur, ſed his quæ volumus, rationem conquirimus; & his, quibus ſtudemus, doctrinam coaptamus. Iamque nominis potiùs, quàm naturæ erit doctrina, quæ fingitur: & iam non veri manebit ratio, ſed placiti, quam ſibi voluntas magis ad defenſionem placentium coaptauit, non quæ voluntatis inſtinctū per intelligentiam veri rationabilis incitauit. Per hæc igitur vitia ſtudioſarum voluntatum omnes aduerſantium intentionum emergunt contradictiones: & inter veri aſſertionem, & placiti defenſionem pertinax pugna eſt; dum ſe & veritas tenet, & tuetur voluntas. Cæterùm, ſi non præiret rationem voluntas, ſed per veri intelligentiam ad velle id, quod verum eſt, moueretur: numquam doctrina voluntati quæreretur, ſed voluntatem omnem doctrinæ ratio commoueret; eſſetque omnis ſine contradictione veritatis ſermo: cùm vnuſquiſque, non quod vellet, id verum eſſe defenderet; ſed, quod verum eſt, id velle cœpiſſet. *Voluntas borum contra veritatem.*

7. *His conſentanea rurſus ſcribit ad Timotheum, ſolicitè præmonens de nouiſſimis temporibus, quibus hæreſes irroboraturas vaticinatur.* Hoc autem ſcito, quòd in nouiſſimis diebus inſtabũt tempora periculoſa. Et erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis, quàm Dei: habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. *In tempore dicendum erit externá ſpecie illos venenum tegere, vt certiùs decipiant.* Profitentur quidem ſemetipſos Chriſtianos, cùm ſint & nequiſſimi operis, & ſenſus peruerſi. Non enim in profeſſione magis, quàm in geſtis, laus Dei & virtus eſt. *Audiamus conſequenter Apoſtolum.* Et hos deuita. Ex his enim ſunt, qui penetrant domos; & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis deſideriis. *Proprium eſt hæreticis ſubintrare domos, mulieres ſubdolis verbis capere; vt per eas viros decipiant more patris eorum*

Margin notes: *Mores hæreticorum.* — 2.Tim.3.1 — *Species pietatis fallit.* — c — Primas. ind. — *Mulieribus vtuntur ad dolum.*

rum diaboli, qui per Euam Adam circumuênit. Semper falſis à vero petitur veritas. Simon magus hæreſin condidit Helenæ meritricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarũ repertor, choros duxit femineos. Marcion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos animos ſibi præpararet. Apelles Philomenem ſuarum comitem habuit doctrinarum. Montanus immundi ſpiritus prædicator, multas Eccleſias per Priſcam & Maxillam nobiles & opulentas feminas primùm auro corrupit, deinde hæreſi polluit... Arius vt orbem deciperet, ſororem principis antè decepit. Donatus per Africam, vt infelices quoſque fœtentibus pollueret aquis, Luciliæ opibus adiutus eſt. In Hiſpaniâ Agape Elpidium mulier virum cæcum cæca duxit in foueam, ſucceſſoremq́; ſui Priſcillianum habuit, &c. *Nonne & Lutherus per inceſtam Catharinam hæreſim propagauit? reliquos prætereo. Addit Apoſtolus*; Semper diſcentes, & numquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. *Quaſi diceret*; Semper ambulantes, & ad viam non peruenientes. *Viam eunti aliquid extremum eſt, vt terminus, qui nullus erranti.* Quemadmodum Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi: ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Sed vltrà non proficient: inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit. *Mentis corruptione inquietiſſimos ſignificat hæreticos.* Animoſitas hæreticorum ſemper inquieta eſt, quos Magorum Pharaonis habere conatum declarat Apoſtolus. *Horum nomina nuſquam in ſacris litteris extant: itaque* ea vel ex traditione, vel ex ſpiritu Paulum didiciſſe fas fuit. *Sed vt illi defecêre, ſic iſti non proficient.* Quamuis enim omni ex parte videatur error inualeſcere ad tempus: ad finem tamen vſque non permanet. *quod in æui noſtri hæreſibus videre licet.*

[Margin: Hieron. ad Cteſiphôt. adu. Pelag. tom. 2. — Beda ex Aug. tract. in Ioã. 60. — Exo. 7. 18. 22. — *Tandem peribunt.* — D. Aug. ep. 119. ad Iã. cap. 16. — Chryſoſt. ſerm. 8. in hanc epiſt. — Idem. Ibid.]

8. *Iterùm hæreticorum* vitioſarum voluntatum non ignarus Apoſtolus, inter multa conteſtandæ fidei & prædicandi verbi præcepta ad Timotheum ſcribens, ait; Erit tempus, cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt; ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus: & à veritate qui-

[Margin: Hilar. l. 10. de Trinit. — *Magiſtros auribus aptos conquirunt.* — 2 Tim. 4. 3]

te quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Vbi enim per impietatis ſtudium extra ſanæ doctrinæ patientiam erunt; tunc his quæ deſiderant, coaceruabunt magiſtros, apta ſcilicet cupiditatibus ſuis inſtituta cumulantes, neque doceri ſe deſiderãtes, ſed doctores ad id, quod deſiderant, congregantes: vt cumulus ipſe conquiſitorum & coaceruatorum magiſtrorum, æſtuantium deſideriorum ſatisfaciat doctrinis... *Sed* quis doctrinæ profectus eſt, placita magis, quàm docenda conquirere? aut quæ doctrinæ religio eſt, non docenda deſiderare, ſed deſideratis coaceruare doctrinam? *Nota, nota*

9. *Paullo Apoſtolo coniungam dilectum Chriſti diſcipulum: dum vterque futuras hæreſes prædicat, & ex Chriſtianis orituras inſinuat. D. Paullus in hæc verba cum Epheſijs nos omnes exhor-*
Act. 20. 28. *tatus eſt:* Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego ſcio quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi: & ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe. *Nota, quod inquit*, ex vobis ipſis exurgent. *velut à corpore ſano humores noxij, aut tamquam ſarmenta inutilia in bonâ vite. In eandem ſententiam ſcribit B. Ioan-* *Ex nobis prodeunt.*
1. Io 2. 19. *nes loquens de Antichriſtis*; Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum. *Tales è corpore excerni ſalubre eſt*. Quid facit in pectore Chriſtiano luporum feritas? & canum rabies? & venenum letale ſerpentum? & cruenta ſæuitia beſtiarum? Gratulandum eſt, cùm tales de Eccleſiâ ſeparantur: ne columbas, ne oues Chriſti ſæuâ ſuâ & venenatâ contagione prædentur. Cohærere & coniungi non poteſt amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cum ſerenitate, pugna cum pace, cum fecunditate ſterilitas, cum fontibus ſiccitas, cum tranquillitate tempeſtas. Nemo exiſtimet bonos de Eccleſiâ poſſe diſcedere. Triticũ non rapit ventus, nec arborem ſolidâ radice fundatam procella ſubuertit. inanes paleę tempeſtate iactantur. inualidæ arbores turbinis incur- *Cyp. de vnit. Eccle.* *Ex nobis excernũtur*

ſione euertūtur. Hos execratur & percutit Ioannes Apoſtolus dicens; ex nobis exierūt, ſed non fuerūt ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum. Hinc hæreſes & factæ ſunt frequenter, & fiunt; dum peruerſa mens nō habet pacem, dum perfidia diſcordans non tenet vnitatem. Fieri verò hæc Dominus permittit, & patitur manente propriæ libertatis arbitrio: vt, dum corda & mentes noſtras veritatis diſcrimen examinat, probatorum fides integra manifeſtâ luce clareſcat. Per Apoſtolum præmonet Spiritus ſanctus, & dicit; Oportet & hæreſes eſſe, vt probati manifeſti ſint in vobis. Sic probantur fideles, ſic perfidi detegūtur. Sic & ante iudicij diem hîc quoq; iam iuſtorū atq; iniuſtorum animę diuiduntur, & à frumēto paleæ ſeparantur. *Ceterùm* auolent, quantum volent, paleæ leuis fidei quocumque afflatu tentationū: eò purior maſſa frumēti in horrea Domini reponetur.

Vbi ſuprà. — *Hæreſes cur à Deo permittantur.* — *1. Cor. 11. 19.* — *Tertull. de Præſ. 3.*

10. *Judas Apoſtolus ceterorum Apoſtolorum monitis ſe conformans, dum eleganter hæreticos ſuis coloribus depingit, grauiter hortatur eſſe cauendos. ait*; Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam: *cùm omnes Chriſtianōs ab omnibus liberos præceptis docētes, in Venerem, in Bacchum, in quamuis luxuriam effuſos quoſque præcipitent*; *nullum rati peccatum eſſe præter infidelitatem*; *inani fiduciâ ſuâ, & certitudine incertiſſimâ in cælum aditum præſtruentes obſtruunt*. Væ illis, qui in viâ Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt; *qui Moſi à Deo filiis Iſrael præfecto ſubeſſe recuſauerunt*. Hi ſunt in epulis ſuis maculæ conuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes; nubes ſine aquâ, quæ à ventis circumferuntur; arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ; fluctus feri maris deſpumantes ſuas confuſiones; ſidera errantia, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum. *Nota, nota*, conuiuantes ſine timore. *& communiter hæretici* negant Deum timendum: itaque libera ſunt illis omnia & ſoluta. Vbi autem Deus non timetur, niſi vbi non eſt? Vbi Deus non eſt, nec veritas vlla eſt. vbi veritas nulla eſt, meritò & talis diſci-

Gratiam Dei in luxuriam transferūt. — *Epiſt. ver. 4.* — *Ibid. 11.* — *Num. 16. 1* — *Ibid. 12.* — *Deum negant timendum.* — *Tertul. de Præſ. 43.*

diſciplina eſt. At vbi Deus, ibi metus in Deum, qui eſt initium ſapientiæ. Vbi metus in Deum, ibi grauitas honeſta, & diligentia adtonita, & cura ſollicita, & adlectio explorata, & communicatio deliberata, & promotio emerita, & ſubiectio religioſa, & apparitio deuota, & proceſſio modeſta, & Eccleſia vnita, & Dei omnia.

Verſu 11. 11. *Sequitur in Epiſtolâ B. Iudæ;* Hi ſunt murmuratores queruloſi, ſecundùm deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur ſuperbiam; mirantes perſonas quæſtus causâ. Vos autem, cariſſimi, memores eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dicebant vobis, quoniam in nouiſſimo tempore venient illuſores ſecundùm deſideria ſua ambulantes in impietatibus. Hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos, animales, Spiritum non habentes. *Qui in corpore non eſt, non habet ſpiritum, qui corpus viuificat.* Non eſt particeps diuinę charitatis, qui hoſtis eſt vnitatis. Non habent itaque Spiritum ſanctum, qui ſunt extra Eccleſiam. *Spiritum Dei non habentes.* Aug. ep. 50

12. *Omnes Apoſtoli & Euangeliſtæ, tum futuras, tum fugiendas hæreſes prædixerunt: atque inter illos præcipuè Apoſtolus Paullus* in omni pænè epiſtolâ de adulterinis doctrinis fugiendis inculcans hęreſes taxat, quarum opera ſunt adulterę doctrinæ. Hęreſes dictę Græcâ voce ex interpretatione electionis, quâ quis ſiue ad inſtituendas, ſiue ad ſuſcipiendas eas vtitur: ideò & ſibi damnatum dixit hęreticum, quia &, in quo damnatur, ſibi elegit. *Sic enim habet;* Hęreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita: ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio iudicio condemnatus. *Grauiter in hæc verba B. Cyprianus:* Quiſquis de collectis foras exierit, id eſt, ſi quis quamuis in Eccleſiâ gratiam conſecutus receſſerit, & ab Eccleſiâ exierit; reum ſibi futurum, id eſt, ipſum ſibi, quòd pereat, imputaturum. Quod Apoſtolus Paulus explanat, docens, & præcipiens hæreticum vitandum eſſe vt peruerſum, & peccatorem, & à ſemetipſo damnatum. Hic enim reus ſibi erit, qui non ab Epiſcopo eiectus; ſed

Tertul. Præſ. 6. — *Hæreſis dicta ab electione.* — Tit. 3. 10. — Epiſt. 77. — *Hæretici à ſeipſis damnati.*

ſed ſponte de Eccleſiâ profugus, & hæreticâ præſumptione à ſemetipſo damnatus. *Eleganter item Ambroſius in deſertorem talem*; Ipſe ſe damnat hæreticus, cùm de Eccleſiâ ipſe ſe proiicit, & de cœtu ſanctorum nullo compellente recedit. Ipſe enim oſtendit quid mereatur à cunctis, qui ſuo iudicio ſeparatur à cunctis. Ipſe, inquam, ſe damnat hæreticus: quia cùm omnes criminoſi Epiſcopi ſententiâ proiiciantur de conſortio Chriſtiano; hæreticus cuncta præueniens ſententiâ ſuæ voluntatis abiicitur. Tali ergo hæreticus, quali & Iudas, pœnâ damnatur: vt idem ſui & reus ſit ſceleris, & iudex ſit vltionis. *Jam verò eſt* ineptum, vt prior in doctrinâ hæreſis habeatur: vel quoniam ipſa eſt, quæ fururas hæreſes, & cauendas prænunciauit. Ad eius doctrinæ Eccleſiam ſcriptum eſt, imò ipſa doctrina ad Eccleſiam ſuam ſcribit; Etſi angelus de cælo aliter euangelizauerit, citrà quàm nos, anathema ſit. * Sed proprium hoc eſt omnium hæreticorum... pauca aduerſus plura defendunt, & poſteriora aduerſus priora ſuſcipiunt. Regula autem omni rei ſemper ab initio conſtituta in prioribus, & in poſteriora præſcribit, vtique & in paucioribus.

Serm 50 — *Quia poſteriores.* — Tertul. de Præſc. 20. — Gal. 1. 8. — *Tert. adu. Praxeam. cap. 20.

13. *Multas de hæreſibus venturis prædictiones ſtudio prætereo. Prænunciatis ergo ad noſtram cautelam tam à Domino Chriſto, quàm ab eius Apoſtolis, hæreſeon erroribus*, non oportet nos mirari ſuper hæreſes iſtas, ſiue quia ſunt; futuræ enim prænunciabantur; ſiue quia fidem quorundam ſubuertunt; adhoc enim ſunt: vt fides habendo tentationem, habeat etiam probationem. Vanè ergo & inconſideratè plerique hoc ipſo ſcandalizantur, quòd tantùm hęreſes valeant quantùm ſint: quum quid ſortitum eſt, vt omni modo ſit, ſicut cauſam accipit ob quam ſit, ſic vim conſequitur, per quam ſit ne eſſe non poſſit. Febrem denique, inter ceteros mortiferos & cruciarios exitus erogando homini deputatam, neque quia eſt miramur; eſt enim: neque quia erogat hominem; ad hoc enim eſt. Proinde hæreſes ad languorem & interitum fidei productas, ſi expaueſcimus hoc eas poſſe; prius eſt, vt expaueſcamus hoc eas eſſe: quæ dum ſunt, habent poſſe,

Hæreſes eſſe non mirandas, ſed cauendas. — Tertul. de Præſ. 1. — Ind. c. 2.

poſſe, & dum poſſunt, habent eſſe. Sed enim febrem, vt malum, & de cauſſâ & de potentiâ ſuâ, vt notum eſt, abominamur potiùs quàm miramur, & quantum in nobis eſt, præcauemus, non habentes abolitionem eius in noſtrâ poteſtate. Hæreſes verò mortem æternam & maioris ignis ardorem inferentes malunt quidam mirari, quòd hoc poſſint, quàm deuitare, ne poſſint; cùm habeant deuitandi poteſtatem. Ceterùm nihil valebunt, ſi illas tantùm valere non mirentur. Etenim, dum mirantur, in ſcandalum ſubminiſtrantur: aut quia ſcandalizantur, ideò mirantur, quòd tantùm valeant, quaſi ex aliquâ veritate veniant. Mirum ſcilicet, vt malum vires ſuas habeat: niſi quòd hæreſes apud eos multum valent, qui in fide non valent. In pugnâ pugilum & gladiatorum plerumque non, quia fortis eſt, vincit quis, aut quia non poteſt vinci: ſed quoniam ille, qui victus eſt, nullis viribus fuit. adeò idem ille victor benè valenti poſteà comparatus, etiam ſuperatus recedit. Non aliter hæreſes de quorumdam infirmitatibus habent, quòd valent, nihil valentes, ſi in benè valentem fidem incurrant. *Valēt apud eos, qui in fide non valent.*

PRÆSCRIPTIO XVI.

Cunctas hæreſes ab initio Eccleſiæ aduſque tempora noſtra à Romano Pontifice damnatas eſſe.

1. D*Vo ſunt, quæ circumſpectum quemque iure mouere debent. prius, quod portæ inferi aduerſus Eccleſiam rebellantes* inter ſe diſcrepant; in Eccleſiæ oppugnatione conſentiunt, iuxta illud, quod Herodes & Pilatus inter ſe diſcordantes, in Domini paſſione amicitiâ fœderantur. *ita prorſus,* dum ſibi partes ſingulæ aduerſantur, non ſolùm ſuis, ſed etiam aduerſantium, eſt intelligenda doctrinis: vt dum aduerſus vnam eam omnes ſunt, impiiſſimum tamen errorem omnium per id; quòd ſola eſt, atque vna, confutet. Hæretici igitur omnes contra Eccleſiam veniunt: ſed dum hæretici omnes ſe inuicem vincunt, nihil tamen ſibi vincunt. Victoria enim eorum Eccleſiæ triumphus ex omnibus

Hier. in 7. Iſa. — Hilar. Trin. 7.

Hæreſes diſcordes, in Eccleſiæ oppugnatione concordant.

bus eſt: dum in eo hæreſis contra alteram pugnat, quod in hæreſi alterâ Eccleſiæ fides damnat. nihil enim eſt, quod hæreticis commune eſt. & inter hæc fidem noſtram, dum ſibi aduerſantur, affirmant.

Omnes hæreſes Eccleſia iudex damnauit.

2. *Alterum eſt, Ab initio Eccleſiæ fuiſſe iudicem in Eccleſiâ, qui ſectas diſſectas damnans, tamquam vulpes, ore quidem libero, ſed caudis colligatas, Samſonis exemplo deſtinauit incendio. Samſon* cepit trecentas vulpes, caudaſq; earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio, quas igne ſuccendens dimiſit, vt huc illucque diſcurrerent. *Diligenter animaduerte.* Samſon binas vulpes ſibi nexuit, ad quarum caudas alligauit faces, & dimiſit eas per meſſes Allophylorum. per hanc figuram ſignificans, quòd improbi ac fraudulenti homines, & maximè hæretici, liberam linguam habeant ad latrandum, ſed exitus impeditos: aut religioſa principia, finem verò fraudis ſuæ incendio deputatum. Ideoque & trecentas vulpes dimiſit: eò, quòd perfidi crucis quidem ſe prædicatione commendare deſiderant, ſed myſterium eius tenere non poſſunt. qui hac prædicatione compoſitâ, & falsâ, atque ſimulatâ vrere magis fructus conantur alienos; cùm vtique vera crux Domini non exurat aliena merita, ſed fecundet. Meritoque ſcriptum eſt in Canticis Canticorum; Prendite nobis vulpes puſillas exterminantes vineas, vt vineæ noſtræ floreant. Quo oſtenditur, quòd vel Dominus Ieſus, vel Eccleſia fraudulentorum dolos à vineis ſuis exterminandos eſſe præcipiant, ne pauxillulis vineis noceant: quia adultis iam vitibus nocere non poſſunt. Hæreticus enim imperfectum tentare poteſt, non poteſt ſupplantare perfectum.

Iud. 15. 4.

Amb. ſer. 11. in Pſal. 118.

cap. 2. 15.

Vt in Synagogá fuit ſemper iudex, ſic in Eccleſiá.

3. *Quotus quantus ſit refractarius, negare non poteſt, non eſſe peiori loco Chriſti Eccleſiam, quàm quondam fuerit Iudæorum Synagoga. At illa perpetuò Iudicem habuit, qui lites & difficultates omnes definiret. Ita legimus:* Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem; cauſam & cauſſam; lepram & non lepram; & iudicum inter portas tuas videris verba variari: ſurge, & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus; venieſque

Deu. 17. 8.

veniesq́ue ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresq́ue ab eis; qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies, quodcumque dixerint qui præſunt loco, quem elegerit Dominus; & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſq́ue ſententiam eorum; nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit, nolés obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael: cunctuſq́ue populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbiâ. *Quid igitur? proſpectum eſt Synagogæ de loco & indice ſuborientibus quæſtionibus, cunctiſque negotiis decidendis; & non Eccleſiæ? Abſit.*

4. Decr. tit. 17. c. 13. per Venerabilem. Sanè cùm Deuteronomium lex ſecunda interpretetur; ex vi vocabuli comprobatur, vt, quod ibi decernitur, in nouo Teſtamento debeat obſeruari. Locus enim, quem elegit Dominus, Apoſtolica Sedes eſſe cognoſcitur. Cùm enim Petrus vrbem fugiens exiuiſſet, volens eum Dominus ad locum quem elegerat reuocare, interrogatus ab eo; Domine quò vadis? reſpondit; Venio Romam iterùm crucifigi: quod intelligens pro ſe dictum, ad locum ipſum protinus eſt reuerſus. Sunt autem Sacerdotes Leuitici generis fratres Pontificis, qui iure Leuitico, in executione Sacerdotalis officij coadiutores exiſtunt. Is verò ſuper eos Sacerdos ſiue iudex exiſtit, cui Dominus inquit in Petro; Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis; eius Vicarius, qui eſt Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech, conſtitutus à Deo iudex viuorum & mortuorum. Tria quippe diſtinguit iudicia. Primum inter ſanguinem & ſanguinem; per quod criminale intelligitur & ciuile. Vltimum inter lepram & lepram; per quod Eccleſiaſticum & criminale notatur. Medium inter cauſam & cauſam; quod ad vtrumque refertur, tam Eccleſiaſticum quàm ciuile. in quibus cùm aliquid fuerit difficile vel ambiguum, ad iudicium eſt Sedis Apoſtolicæ recurrendum: cuius ſententiam qui ſuperbiens contempſerit obſeruare, mori præcipitur, id eſt, per excommunicationis ſententiam, velut mortuus à communione fidelium ſeparari. *Romam eſſe locum, quem elegit Dominus;*

[Margin notes: *Roma locus quem elegit Dominus.* — Amb. de baſilicis trad. & ep. 32. — Matth. 16. 18. *Ibi iudex Eccleſia.* — Pſ. 109. 4.]

minus; Romanum Pontificem illum Sacerdotem, cuius imperio oporteat obedire, negant, quotquot diſſimulant, perpetuam in hodiernum vſque diem à Petro Romæ crucifixo Pontificum ſucceſſionem; quotquot ignorant Petri ſucceſſores, procedente tempore in profanas nouitates, in doctrinas varias & peregrinas, in aliud Euangelium, id eſt, in hæreſes, volentes conuertere Euangelium Chriſti, ſingulis penè ſæculis ſequutis, Anathema fulminaſſe. Heb.13. 9. Gal.1.7.

4. *Itaque publicè refert Paulli verbis ex mente priſcorum trutinatis declarare per ſingula ferè ſæcula, quemadmodum Petrus Simonem Magum hæreticorum coryphæum vicit ac proſtrauit: ita deinceps Petri ſucceſſores Pontifices Romanos hæreſes ebullientes proſcripſiſſe & condemnâſſe. Audiamus Apoſtolum terribiliter verba ſua tonantem:* Licet nos aut Angelus de cælo euangelizet vobis, præterquàm quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterùm dico; Si quis euangelizauerit, præter id quod accepiſtis, anathema ſit. *Aduerte animum.* Magno metu nobis mutatæ fidei ac mutatæ religionis piaculum pertimeſcendum eſt: à quo nos non ſolùm conſtitutionis Eccleſiaſticæ diſciplina, ſed etiam cenſura Apoſtolicæ deterret auctoritatis. Scitum etenim cunctis eſt, quàm grauiter, quàm ſeuerè, quàm vehementer inuehatur in quoſdam beatus Apoſtolus Paullus, qui mirâ leuitate nimiùm citò tranſlati fuerant ab eo, qui eos vocauerat in gratiam Chriſti, in aliud Euangelium, quod non eſt aliud. qui coaceruantes ſibi magiſtros ad ſua deſideria, à veritate quidem auditum auertentes, conuerſi verò ad fabulas, habentes damnationem, quòd primam fidem irritam fecerunt. Cùm ergo tales quidam circumeuntes prouincias & ciuitates, atque errores venalicios circumferendo, etiam ad Galatas deueniſſent; cumque his auditis Galatæ nauſeâ quâdam veritatis affecti, Apoſtolicæ Catholicæque doctrinæ manna reuomentes, hæreticæ nouitatis ſordibus oblectarentur: ita ſeſe Apoſtolicæ poteſtatis exercuit auctoritas, vt ſumma cum ſeueritate decerneret; Sed licet aut nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis, præterquàm quod euangelizauimus, anathema ſit.

Paullus hæreſes anathematizat. Gal.1.8. Vinc.Lir. cap.12.

5. Quid

Iud. 5. Quid eſt, quod ait, Sed licet nos? cur non potiùs; Sed licet ego? Hoc eſt, etiamſi Petrus, etiamſi Andreas, etiamſi Ioannes, etiamſi poſtremò omnis Apoſtolorum chorus euangelizet vobis, præterquàm quod euangelizauimus, anathema ſit. Tremenda diſtrictio propter adſerendam primæ fidei tenacitatem, nec ſibi, nec ceteris coapoſtolis pepercíſſe! Parum eſt; etiamſi Angelus, inquit, de cælo euangelizet vobis, præterquàm quod euangelizauimus, anathema ſit. Non ſuffecerat ad cuſtodiam traditæ ſemel fidei humanæ conditionis commemoráſſe naturam, niſi angelicam quoque excellentiam comprehendiſſet; Licet nos, inquit, aut Angelus de cælo. Non quia ſancti, cæleſteſque angeli peccare iam poſſint: ſed hoc eſt quod dicit; Si etiam fiat, quod non poteſt fieri: quiſquis ille traditam ſemel fidem mutare tentauerit, anathema ſit.

Etiamſi Apoſtolus aut Angelus aliter euãgelizet.

Vinc. Lir. 13. 6. Sed hæc forſitan perfunctoriè prælocutus eſt, & humano potiùs effudit impetu, quàm diuinâ ratione decreuit, abſit: ſequitur enim, & hoc ipſum ingenti molimine iteratæ inſinuationis inculcat. Sicut prædiximus, inquit, & nunc iterùm dico; Si quis vobis euangelizauerit, præterquàm quod accepiſtis, anathema ſit. Non dixit, Si quis vobis adnunciauerit, præterquã quod accepiſtis, benedictus ſit, laudetur, recipiatur; ſed anathema ſit, inquit, id eſt, ſeparatus, ſegregatus, excluſus: ne vnius ouis dirum contagium, innoxium gregem Chriſti venenatâ commixtione contaminet. *Nec ſolis iſta Galatis, ſed imperata cunctis fidelibus omni æuo obſeruanda ſunt.*

Iterat Apoſtolus ſententiam.

Id. c. 14. 7. Adnunciare ergo aliquid Chriſtianis Catholicis, præter id quod acceperunt, numquam licuit, nuſquam licet, numquam licebit. & anathemare eos, qui adnunciant aliquid, præterquàm quod ſemel acceptum eſt, numquàm non oportuit, nuſquàm non oportet, numquàm non oportebit. *Semper igitur & vbiuis gentium profanas iſtas nouitates proſcriptas non ignorat, qui hiſtorias Eccleſiaſticas vel à limine ſalutauit: ſed tamen potiſſimùm & maximâ cum auctoritate à Vicario*

Cuius exemplo ſemper hæreſes condĩnatæ.

rum diaboli, qui per Euam Adam circumuenit. Semper falſis à vero petitur veritas. Simon magus hæreſin condidit Helenæ meritricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarũ repertor, choros duxit femineos. Marcion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos animos ſibi præpararet. Apelles Philomenem ſuarum comitem habuit doctrinarum. Montanus immundi ſpiritus prædicator, multas Eccleſias per Priſcam & Maxillam nobiles & opulentas feminas primùm auro corrupit, deinde hæreſi polluit... Arius vt orbem deciperet, ſororem principis antè decepit. Donatus per Africam, vt infelices quoſque fœtentibus pollueret aquis, Luciliæ opibus adiutus eſt. In Hiſpaniâ Agape Elpidium mulier virum cæcum cæca duxit in fo ueam, ſucceſſoremq; ſui Priſcillianum habuit, &c. *Nonne & Lutherus per inceſtam Catharinam hæreſim propagauit? reliquos prætereo. Addit Apoſtolus*; Semper diſcentes, & numquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. *Quaſi diceret*; Semper ambulantes, & ad viam non peruenientes. *Viam eunti aliquid extremum eſt, vt terminus, qui nullus erranti.* Quemadmodum Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi: ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Sed vltrà non proficient: inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit. *Mentis corruptione inquietiſſimos ſignificat hæreticos.* Animoſitas hæreticorum ſemper inquieta eſt, quos Magorum Pharaonis habere conatum declarat Apoſtolus. *Horum nomina nuſquam in ſacris litteris extant: itaque* ea vel ex traditione, vel ex ſpiritu Paulum didiciſſe fas fuit. *Sed vt illi defecêre, ſic iſti non proficient.* Quamuis enim omni ex parte videatur error inualeſcere ad tempus: ad finem tamen vſque non permanet. *quod in æui noſtri hæreſibus videre licet.*

Hieron. ad Cteſiphõt. adu. Pelag. tom. 1.

Beda ex Aug. tract. in Ioã. 60.

Exo. 7. 18. 22.

Tandem perituri.

D. Aug. ep. 119. ad Iã. cap. 16.

Chryſoſt. ſerm. 8. in hanc epiſt.

Idem. Ind.

8. *Iterùm hæreticorum* vitioſarum voluntatum non ignarus Apoſtolus, inter multa conteſtandæ fidei & prædicandi verbi præcepta ad Timotheum ſcribens, ait; Erit tempus, cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt; ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus: & à veritate qui-

Hilar. l. 10. de Trinit.

Magiſtros auribus aptos conquirunt.

2. Tim. 4. 3

te quidem auditum auertent,ad fabulas autem conuertentur. Vbi enim per impietatis ſtudium extra ſanæ doctrinæ patientiam erunt; tunc his quæ deſiderant, coaceruabunt magiſtros, apta ſcilicet cupiditatibus ſuis inſtituta cumulantes,neque doceri ſe deſiderãtes,ſed doctores ad id,quod deſiderant, congregantes: vt cumulus ipſe conquiſitorum & coaceruatorum magiſtrorum,æſtuantium deſideriorum ſatisfaciat doctrinis... *Sed* quis doctrinæ profectus eſt, placita magis, quàm docenda conquirere? aut quæ doctrinæ religio eſt, non docenda deſiderare,ſed deſideratis coaceruare doctrinam? *Nota,nota*

9. *Paullo Apoſtolo coniungam dilectum Chriſti diſcipulum: dum vterque futuras hæreſes prædicat, & ex Chriſtianis orituras inſinuat. D. Paullus in hæc verba cum Epheſijs nos omnes exhor-*
Act.20.28. *tatus eſt:* Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego ſcioqu oniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi: & ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe. *Nota, quod inquit,* ex vobis ipſis exurgent. *velut à corpore ſano humores noxij, aut tamquam ſarmenta inutilia in boná vite. In eandem ſententiam ſcribit B. Ioan-* *Ex nobis prodeunt.*
1.Io 2.19. *nes loquens de Antichriſtis*; Ex nobis prodierunt,ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique
Cyp. de vnit. Eccle. nobiſcum. *Tales è corpore excerni ſalubre eſt.* Quid facit in pectore Chriſtiano luporum feritas? & canum rabies? & venenum letale ſerpentum? & cruenta ſæuitia beſtiarum? Gratulandum eſt, cùm tales de Eccleſiâ ſeparantur: ne columbas, ne oues Chriſti ſæuâ ſuâ & venenatâ contagione prædentur. Cohærere & coniungi non poteſt amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cum ſerenitate, pugna cum pace, cum fecunditate ſterilitas, cum fontibus ſiccitas, cum tranquillitate tempeſtas. Nemo exiſtimet bonos de Eccleſiâ poſſe diſcedere. Triticũ non rapit ventus,nec arborem ſolidâ radice fundatam procella ſubuertit. inanes paleę tempeſtate iactantur. inualidæ arbores turbinis incur- *Ex nobis excernũtur*

ſione euertũtur. Hos execratur & percutit Ioannes Apoſtolus dicens; ex nobis exierũt, ſed non fuerũt ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum. Hinc hæreſes & factæ ſunt frequenter, & fiũt; dum peruerſa mens nõ habet pacem, dum perfidia diſcordans non tenet vnitatem. Fieri verò hæc Dominus permittit, & patitur manente propriæ libertatis arbitrio: vt, dum corda & mentes noſtras veritatis diſcrimen examinat, probatorum fides integra manifeſtâ luce clareſcat. Per Apoſtolum præmonet Spiritus ſanctus, & dicit; Oportet & hæreſes eſſe, vt probati manifeſti ſint in vobis. Sic probantur fideles, ſic perfidi detegũtur. Sic & ante iudicij diem hîc quoq; iam iuſtorũ atq; iniuſtorum animę diuiduntur, & à frumẽto paleæ ſeparantur. *Ceterùm* auolent, quantum volent, paleæ leuis fidei quocumque afflatu tentationũ: eò purior maſſa frumẽti in horrea Domini reponetur.

Vbi ſuprà.

Hæreſes cur à Deo permittantur.

1. Cor. 11. 19.

Tertull. de Præſ. 3.

10. *Iudas Apoſtolus ceterorum Apoſtolorum monitis ſe conformans, dum eleganter hæreticos ſuis coloribus depingit, grauiter hortatur eſſe cauendos. ait*; Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam: *cùm omnes Chriſtianõs ab omnibus liberos præceptis docẽtes, in Venerem, in Bacchum, in quamuis luxuriam effuſos quoſque præcipitent; nullum rati peccatum eſſe præter infidelitatem; inani fiduciâ ſuâ, & certitudine incertiſſimâ in cælum aditum præſtruentes obſtruunt.* Væ illis, qui in viâ Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt; *qui Moſi à Deo filiis Iſrael præfecto ſubeſſe recuſauerunt.* Hi ſunt in epulis ſuis maculæ conuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes; nubes ſine aquâ, quæ à ventis circumferuntur; arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ; fluctus feri maris deſpumantes ſuas confuſiones; ſidera errantia, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum. *Nota, nota,* conuiuantes ſine timore. *& communiter hæretici* negant Deum timendum: itaque libera ſunt illis omnia & ſoluta. Vbi autem Deus non timetur, niſi vbi non eſt? Vbi Deus non eſt, nec veritas vlla eſt. vbi veritas nulla eſt, meritò & talis diſci-

Gratiam Dei in luxuriam transferũt.

Epiſt. ver. 4.

Ibid. 11.

Num. 16. 1

Ibid. 12.

Deum negant timendum.

Tertul. de Præſ. 43.

diſciplina eſt. At vbi Deus, ibi metus in Deum, qui eſt initium ſapientiæ. Vbi metus in Deum, ibi grauitas honeſta, & diligentia adtonita, & cura ſollicita, & adlectio explorata, & communicatio deliberata, & promotio emerita, & ſubiectio religioſa, & apparitio deuota, & proceſſio modeſta, & Eccleſia vnita, & Dei omnia.

Verſu 12. 11. *Sequitur in Epiſtolâ B. Judæ*; Hi ſunt murmuratores queruloſi, ſecundùm deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur ſuperbiam; mirantes perſonas quæſtus causâ. Vos autem, cariſſimi, memores eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dicebant vobis, quoniam in nouiſſimo tempore venient illuſores ſecundùm deſideria ſua ambulantes in impietatibus. Hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos, animales, Spiritum non habentes. *Qui in corpore non eſt, non habet ſpiritum, qui corpus viuificat.* Non eſt particeps diuinę charitatis, qui hoſtis eſt vnitatis. Non habent itaque Spiritum ſanctum, qui ſunt extra Eccleſiam.

Spiritum Dei non habentes.

Aug. ep. 50

12. *Omnes Apoſtoli & Euangeliſtæ, tum futuras, tum fugiendas hæreſes prædixerunt: atque inter illos præcipuè Apoſtolus Paullus* in omni pæne epiſtolâ de adulterinis doctrinis fugiendis inculcans hęreſes taxat, quarum opera ſunt adulterę doctrinæ. Hęreſes dictę Græcâ voce ex interpretatione electionis, quâ quis ſiue ad inſtituendas, ſiue ad ſuſcipiendas eas vtitur: ideò & ſibi damnatum dixit hęreticum, quia &, in quo damnatur, ſibi elegit. *Sic enim habet*; Hęreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita: ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio iudicio condemnatus. *Grauiter in hæc verba B. Cyprianus*: Quiſquis de collectis foras exierit, id eſt, ſi quis quamuis in Eccleſiâ gratiam conſecutus receſſerit, & ab Eccleſiâ exierit; reum ſibi futurum, id eſt, ipſum ſibi, quòd pereat, imputaturum. Quod Apoſtolus Paulus explanat, docens, & præcipiens hæreticum vitandum eſſe vt peruerſum, & peccatorem, & à ſemetipſo damnatum. Hic enim reus ſibi erit, qui non ab Epiſcopo eiectus; ſed

Tertul. Præſ. 6.

Hæreſis dicta ab electione.

Tit. 3. 10.

Epiſt. 77.

Hæretici à ſeipſis damnati.

ſed ſponte de Eccleſiâ profugus, & hæreticâ præſumptione à ſemetipſo damnatus. *Eleganter item Ambroſius in deſertorem talem*; Ipſe ſe damnat hæreticus, cùm de Eccleſiâ ipſe ſe proiicit, & de cœtu ſanctorum nullo compellente recedit. Ipſe enim oſtendit quid mereatur à cunctis, qui ſuo iudicio ſeparatur à cunctis. Ipſe, inquam, ſe damnat hæreticus: quia cùm omnes criminoſi Epiſcopi ſententiâ proiiciantur de conſortio Chriſtiano; hæreticus cuncta præueniens ſententiâ ſuæ voluntatis abiicitur. Tali ergo hæreticus, quali & Iudas, pœnâ damnatur: vt idem ſui & reus ſit ſceleris, & iudex ſit vltionis. *Iam verò eſt* ineptum, vt prior in doctrinâ hæreſis habeatur: vel quoniam ipſa eſt, quæ futuras hæreſes, & cauendas prænunciauit. Ad eius doctrinæ Eccleſiam ſcriptum eſt, imò ipſa doctrina ad Eccleſiam ſuam ſcribit; Etſi angelus de cælo aliter euangelizauerit, citrà quàm nos, anathema ſit. * Sed proprium hoc eſt omnium hæreticorum... pauca aduerſus plura defendunt, & poſteriora aduerſus priora ſuſcipiunt. Regula autem omni rei ſemper ab initio conſtituta in prioribus, & in poſteriora præſcribit, vtique & in paucioribus.

[Margin: Serm. 50. — *Quia poſteriores.* — Tertul. de Præſc. 20. — Gal. 1. 8. — *Tert. adu. Praxeam. cap. 20.]

13. *Multas de hæreſibus venturis prædictiones ſtudio prætereo. Prænunciatis ergo ad noſtram cautelam tam à Domino Chriſto, quàm ab eius Apoſtolis, hæreſeon erroribus*, non oportet nos mirari ſuper hæreſes iſtas, ſiue quia ſunt; futuræ enim prænunciabantur; ſiue quia fidem quorundam ſubuertunt; adhoc enim ſunt: vt fides habendo tentationem, habeat etiam probationem. Vanè ergo & inconſideratè plerique hoc ipſo ſcandalizantur, quòd tantùm hęreſes valeant quantùm ſint: quum quid ſortitum eſt, vt omni modo ſit, ſicut cauſam accipit ob quam ſit, ſic vim conſequitur, per quam ſit ne eſſe non poſſit. Febrem denique, inter ceteros mortiferos & cruciarios exitus erogando homini deputatam, neque quia eſt miramur; eſt enim: neque quia erogat hominem; ad hoc enim eſt. Proinde hæreſes ad languorem & interitum fidei productas, ſi expaueſcimus hoc eas poſſe; prius eſt, vt expaueſcamus hoc eas eſſe: quæ dum ſunt, habent poſſe,

[Margin: *Hæreſes eſſe non mirandas, ſed cauendas.* — Tertul. de Præſ. 1. — Ind. c. 2.]

poſſe, & dum poſſunt, habent eſſe. Sed enim febrem, vt malum, & de cauſſâ & de potentiâ ſuâ, vt notum eſt, abominamur potiùs quàm miramur, & quantum in nobis eſt, præcauemus, non habentes abolitionem eius in noſtrâ poteſtate. Hæreſes verò mortem æternam & maioris ignis ardorem inferentes malunt quidam mirari, quòd hoc poſſint, quàm deuitare, ne poſſint; cùm habeant deuitandi poteſtatem. Ceterùm nihil valebunt, ſi illas tantùm valere non mirentur. Etenim, dum mirantur, in ſcandalum ſubminiſtrantur: aut quia ſcandalizantur, ideò mirantur, quòd tantùm valeant, quaſi ex aliquâ veritate veniant. Mirum ſcilicet, vt malum vires ſuas habeat: niſi quòd hæreſes apud eos multum valent, qui in fide non valent. In pugnâ pugilum & gladiatorum plerumque non, quia fortis eſt, vincit quis, aut quia non poteſt vinci: ſed quoniam ille, qui victus eſt, nullis viribus fuit. adeò idem ille victor benè valenti poſteà comparatus, etiam ſuperatus recedit. Non aliter hæreſes de quorumdam infirmitatibus habent, quòd valent, nihil valentes, ſi in benè valentem fidem incurrant.

Valēt apud eos, qui in fide non valent.

PRÆSCRIPTIO XVI.

Cunctas hæreſes ab initio Eccleſiæ aduſque tempora noſtra à Romano Pontifice damnatas eſſe.

1. *DVo ſunt, quæ circumſpectum quemque iure mouere debent. prius, quod portæ inferi aduerſus Eccleſiam rebellantes* inter ſe diſcrepant; in Eccleſiæ oppugnatione conſentiunt, iuxta illud, quod Herodes & Pilatus inter ſe diſcordantes, in Domini paſſione amicitiâ fœderantur. *ita prorſus,* dum ſibi partes ſingulæ aduerſantur, non ſolùm ſuis, ſed etiam aduerſantium, eſt intelligenda doctrinis: vt dum aduerſus vnam eam omnes ſunt, impiiſſimum tamen errorem omnium per id; quòd ſola eſt, atque vna, confutet. Hæretici igitur omnes contra Eccleſiam veniunt: ſed dum hæretici omnes ſe inuicem vincunt, nihil tamen ſibi vincunt. Victoria enim eorum Eccleſiæ triumphus ex omnibus

Hier. in 7. Iſa.

Hilar. Trin. 7.

Hæreſes diſcordes, in Eccleſiæ oppugnatione concordant.

Q bus

bus eſt: dum in eo hæreſis contra alteram pugnat, quod in hæreſi alterâ Eccleſiæ fides damnat. nihil enim eſt, quod hæreticis commune eſt. & inter hæc fidem noſtram, dum ſibi aduerſantur, affirmant.

Omnes hæreſes Eccleſiæ iudex damnauit.

2. *Alterum eſt, Ab initio Eccleſiæ fuiſſe iudicem in Eccleſiâ, qui ſectas diſſectas damnans, tamquam vulpes, ore quidem libero, ſed caudis colligatas, Samſonis exemplo deſtinauit incendio.* Samſon cepit trecentas vulpes, caudaſq; earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio, quas igne ſuccendens dimiſit, vt huc illucque diſcurrerent. *Diligenter animaduerte.* Samſon binas vulpes ſibi nexuit, ad quarum caudas alligauit faces, & dimiſit eas per meſſes Allophylorum. per hanc figuram ſignificans, quòd improbi ac fraudulenti homines, & maximè hæretici, liberam linguam habeant ad latrandum, ſed exitus impeditos: aut religioſa principia, finem verò fraudis ſuæ incendio deputatum. Ideoque & trecentas vulpes dimiſit: eò, quòd perfidi crucis quidem ſe prædicatione commendare deſiderant, ſed myſterium eius tenere non poſſunt. qui hac prædicatione compoſitâ, & falsâ, atque ſimulatâ vrere magis fructus conantur alienos; cùm vtique vera crux Domini non exurat aliena merita, ſed fecundet. Meritoque ſcriptum eſt in Canticis Canticorum; Prendite nobis vulpes puſillas exterminantes vineas, vt vineæ noſtræ floreant. Quo oſtenditur, quòd vel Dominus Ieſus, vel Eccleſia fraudulentorum dolos à vineis ſuis exterminandos eſſe præcipiant, ne pauxillulis vineis noceant: quia adultis iam vitibus nocere non poſſunt. Hæreticus enim imperfectum tentare poteſt, non poteſt ſupplantare perfectum.

Iud. 15. 4. — Amb. ſer. 11. in Pſal. 118. — cap. 2. 15.

Vt in Synagogâ fuit ſemper iudex, ſic in Eccleſiâ.

3. *Quotus quantus ſit refractarius, negare non poteſt, non eſſe peiori loco Chriſti Eccleſiam, quàm quondam fuerit Iudæorum Synagoga. At illa perpetuò Iudicem habuit, qui lites & difficultates omnes definiret. Ita legimus:* Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem; cauſam & cauſſam; lepram & non lepram; & iudicum inter portas tuas videris verba variari: ſurge, & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus; venieſque Deu. 17. 8.

venieſque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis; qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies, quodcumque dixerint qui præſunt loco, quem elegerit Dominus; & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſque ſententiam eorum; nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit, nolés obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael: cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbiâ. *Quid igitur? proſpectum eſt Synagogæ de loco & iudice ſuborientibus quæſtionibus, cunctiſque negotiis decidendis; & non Eccleſiæ? Abſit.*

4. Decret. 17. c. 13. per Venerabilem. Sanè cùm Deuteronomium lex ſecunda interpretetur; ex vi vocabuli comprobatur, vt, quod ibi decernitur, in nouo Teſtamento debeat obſeruari. Locus enim, quem elegit Dominus, Apoſtolica Sedes eſſe cognoſcitur. Cùm enim Petrus vrbem fugiens exiuiſſet, volens eum Dominus ad locum quem elegerat reuocare, interrogatus ab eo; Domine quò vadis? reſpondit; Venio Romam iterùm crucifigi: quod intelligens pro ſe dictum, ad locum ipſum protinus eſt reuerſus. Sunt autem Sacerdotes Leuitici generis fratres Pontificis, qui iure Leuitico, in executione Sacerdotalis officij coadiutores exiſtunt. Is verò ſuper eos Sacerdos ſiue iudex exiſtit, cui Dominus inquit in Petro; Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis; eius Vicarius, qui eſt Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech, conſtitutus à Deo iudex viuorum & mortuorum. Tria quippe diſtinguit iudicia. Primum inter ſanguinem & ſanguinem; per quod criminale intelligitur & ciuile. Vltimum inter lepram & lepram; per quod Eccleſiaſticum & criminale notatur. Medium inter cauſam & cauſam; quod ad vtrumque refertur, tam Eccleſiaſticum quàm ciuile. in quibus cùm aliquid fuerit difficile vel ambiguum, ad iudicium eſt Sedis Apoſtolicæ recurrendum: cuius ſententiam qui ſuperbiens contempſerit obſeruare, mori præcipitur, id eſt, per excommunicationis ſententiam, velut mortuus à communione fidelium ſeparari. *Romam eſſe locum, quem elegit Dominus;*

[Margin notes: *Roma locus quem elegit Dominus.* — Amb. de baſilicis trad. & ep. 32. — Matth. 16. 18. — *Ibi iudex Eccleſiæ.* — Pſ. 109. 4.]

minus; Romanum Pontificem illum Sacerdotem, cuius imperio oporteat obedire, negant, quotquot diſſimulant, perpetuam in hodiernum vſque diem à Petro Romæ crucifixo Pontificum ſucceſſionem, quotquot ignorant Petri ſucceſſores, procedente tempore in profanas nouitates, in doctrinas varias & peregrinas, in aliud Heb.13. 9. *Euangelium, id eſt, in hæreſes, volentes conuertere Euangelium* Gal.1.7. *Chriſti, ſingulis penè ſæculis ſequutis, Anathema fulminaſſe.*

4. *Itaque publicè refert Paulli verbis ex mente priſcorum trutinatis declarare per ſingula ferè ſæcula, quemadmodum Petrus Simonem Magum hæreticorum coryphæum vicit ac proſtrauit: ita deinceps Petri ſucceſſores Pontifices Romanos hæreſes ebullientes proſcripſiſſe & condemnâſſe. Audiamus Apoſtolum terribiliter verba ſua tonantem:* Licet nos aut Angelus de cælo euange- Gal.1.8. lizet vobis, præterquàm quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterùm dico; Si quis euangelizauerit, præter id quod accepiſtis, anathema ſit.

Paullus hæreſes anathematizat.

Aduerte animum. Magno metu nobis mutatæ fidei ac mu- Vinc.Lir. cap. 12. tatæ religionis piaculum pertimeſcendum eſt: à quo nos non ſolùm conſtitutionis Eccleſiaſticæ diſciplina, ſed etiam cenſura Apoſtolicæ deterret auctoritatis. Scitum etenim cunctis eſt, quàm grauiter, quàm ſeuerè, quàm vehementer inuehatur in quoſdam beatus Apoſtolus Paullus, qui mirâ leuitate nimiùm citò tranſlati fuerant ab eo, qui eos vocauerat in gratiam Chriſti, in aliud Euangelium, quod non eſt aliud. qui coaceruantes ſibi magiſtros ad ſua deſideria, à veritate quidem auditum auertentes, conuerſi verò ad fabulas, habentes damnationem, quòd primam fidem irritam fecerunt. Cùm ergo tales quidam circumeuntes prouincias & ciuitates, atque errores venalicios circumferendo, etiam ad Galatas deueniſſent; cumque his auditis Galatæ nauſeâ quâdam veritatis affecti, Apoſtolicæ Catholicæque doctrinæ manna reuomentes, hæreticæ nouitatis ſordibus oblectarentur: ita ſeſe Apoſtolicæ poteſtatis exercuit auctoritas, vt ſumma cum ſeueritate decerneret; Sed licet aut nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis, præterquàm quod euangelizauimus, anathema ſit.

5. Quid

Ind. 5. Quid eſt, quod ait, Sed licet nos? cur non potiùs; Sed licet ego? Hoc eſt, etiamſi Petrus, etiamſi Andreas, etiamſi Ioannes, etiamſi poſtremò omnis Apoſtolorum chorus euangelizet vobis, præterquàm quod euangelizauimus, anathema ſit. Tremenda diſtrictio propter adſerendam primæ fidei tenacitatem, nec ſibi, nec ceteris coapoſtolis pepercifſe! Parum eſt; etiamſi Angelus, inquit, de cælo euangelizet vobis, præterquàm quod euangelizauimus, anathema ſit. Non ſuffecerat ad cuſtodiam traditæ ſemel fidei humanæ conditionis commemorâſſe naturam, niſi angelicam quoque excellentiam comprehendiſſet; Licet nos, inquit, aut Angelus de cælo. Non quia ſancti, cæleſteſque angeli peccare iam poſſint: ſed hoc eſt quod dicit; Si etiam fiat, quod non poteſt fieri: quiſquis ille traditam ſemel fidem mutare tentauerit, anathema ſit.

Etiamſi Apoſtolus ant Angelus aliter euãgelizet.

Vinc. Lir. 13. 6. Sed hæc forſitan perfunctoriè prælocutus eſt, & humano potiùs effudit impetu, quàm diuinâ ratione decreuit, abſit: ſequitur enim, & hoc ipſum ingenti molimine iteratæ inſinuationis inculcat. Sicut prædiximus, inquit, & nunc iterùm dico; Si quis vobis euangelizauerit, præterquàm quod accepiſtis, anathema ſit. Non dixit, Si quis vobis adnunciauerit, præterquã quod accepiſtis, benedictus ſit, laudetur, recipiatur; ſed anathema ſit, inquit, id eſt, ſeparatus, ſegregatus, excluſus: ne vnius ouis dirum contagium, innoxium gregem Chriſti venenatâ commixtione contaminet. *Nec ſolis iſta Galatis, ſed imperata cunctis fidelibus omni æuo obſeruanda ſunt.*

Iterat Apoſtolus ſententiam.

Id. c. 14. 7. Adnunciare ergo aliquid Chriſtianis Catholicis, præter id quod acceperunt, numquam licuit, nuſquam licet, numquam licebit. & anathemare eos, qui adnunciant aliquid, præterquàm quod ſemel acceptum eſt, numquàm non oportuit, nuſquàm non oportet, numquàm non oportebit. *Semper igitur & vbiuis gentium profanas iſtas nouitates proſcriptas non ignorat, qui hiſtorias Eccleſiaſticas vel à limine ſalutauit: ſed tamen potiſſimùm & maximâ cum auctoritate à Vicario*

Cuius exemplo ſemper hæreſes condãnatæ.

Chriſti, Petri ſucceſſore, Pontifice Romano, omnium Eccleſiarum capite, anathematizatas eſſe nunc per ſingula ferè ſæcula commonſtrare aggredior.

SÆCVLO I.

ANNO CHRISTI LXVIII.

Baron. 1. Annal. an. Christi 68.

Simon magus pater omnium hæreticorũ.

Ep. ad Tral. Pref. in li. 3 Eccl. hiſt. 2. 12.

8. Simon magus, *Beato Ignatio*, primogenitus Sathanæ; *Diuo Irenæo*, pater omnium hæreticorum: *quippe, (teſte Euſebio Cæſarienſi)* quem primum cuiuſque erroris auctorem, & quaſi caput extitiſſe accepimus. Qui (*quod tradit Tertullianus*) auſus eſt ſummam ſe dicere virtutem, id eſt, ſummum Deum: *nam teſte Irenæo*, à multis quaſi Deus glorificatus eſt. & docuit ſemetipſum eſſe, qui inter Iudęos quidem quaſi Filius adparuerit; in Samariâ autẽ quaſi Pater deſcenderit; & in reliquis verò gentibus quaſi Spiritus ſanctus aduentauerit. eſſe autem ſe ſublimiſſimam virtutem, hoc eſt, cũ qui ſit ſuper omnia pater; & ſuſtinere vocari ſe quodcunque eum vocant homines. *in tantum, vt ſuæ ſtatuæ, Romæ, qui, auctore Irenæo*, à Claudio Imperatore honoratus eſſe dicitur propter magiam, *inſcriptum ſibi pateretur*; *(ſi Euſebio credimus, qui hæc ex S. Juſtini martyris philoſophi Apolog. ad Antoninum Imperatorem)* Simoni Deo Sancto. *Addit etiam Euſebius*; *Simonem hunc* Helenam quandam, *(Irenæo etiam, & D. Auguſtino, Selenen)* quæ anteà apud Tyrum Phœniciæ meretricio quæſtu ſeipſam proſtituiſſet; comitem ſibi aſſiduam *adhibuiſſe*. *quam etiam (Epiphanio narrante) dicebat* eſſe Spiritum ſanctum; *ſiue, quod Irenæus ſcribit*, hãc eſſe primam mentis eius conceptionem, matrem omnium, per quam initio mente concepit angelos facere & archangelos. *atque ad alia monſtroſa commenta addit*; fuiſſe eam & in illâ Helenâ, propter quam Troianum contractum eſt bellũ. quapropter & Steſichorum per carmina maledicentem eam, orbatum oculis; pòſt deinde pœnitentem, & ſcribentem eas quæ vocantur palinodias, & in quibus hymnizauit eam, rurſus vidiſſe. Tranſmigrantem autem eam de corpore in corpus ex eo, vt ſemper contumeliam ſuſtinentem, in nouiſſimis

De preſ. 46

Adu. hęr. 1. cap. 20.

Eius arrogantia.

Ec. hiſt. l. 2. c. 2.

Helena meretrix comes eius adiutrix.

Ind. de hęreſ. 1.

Hęreſ. 21.

Adu. hær. lib. 1. c. 20.

etiam

etiam in fornice proſtitiſſe; & hanc eſſe perditam ouem, quapropter & ipſum veniſſe, vti eam aſſumeret primam, & liberaret eam à vinculis; hominibus autem ſalutem præſtaret per ſuam agnitionem.

Ind. 9. Cùm enim malè moderarentur angeli mundum, quoniam vnuſquiſque eorum concupiſceret principatum; ad emendationem veniſſe rerum, & deſcendiſſe eum transfiguratum, & aſſimulatum virtutibus, & poteſtatibus, & angelis: vt & in hominibus homo appareret ipſe, cùm non eſſet homo; & paſſum autem in Iudæâ putatum, cùm non eſſet paſſus. Prophetas autem à mundi fabricatoribus angelis inſpiratos dixiſſe prophetias: quapropter nec vlteriùs curarent eos hi, qui in eum & in Selenem eius ſpem habeant, & vt liberos agere quæ velint: ſecundùm enim ipſius gratiam ſaluari homines, ſed non ſecundùm operas iuſtas. Nec enim eſſe naturaliter operationes iuſtas, ſed ex accidenti; quemadmodum poſuerunt, qui mundum fecerunt Angeli, per huiuſmodi præcepta in ſeruitutem deducentes homines. Quapropter & ſolui mundum, & liberari eos, qui ſunt eius, ab imperio eorum qui mundum fecerunt, repromiſit. Igitur horum myſtici ſacerdotes libidinosè quidem viuunt, magias autem perficiũt, quemadmodum poteſt vnuſquiſq; ipſorum. Exorciſmis & incantationibus vtuntur. Amatória quoque, & agogima, & qui dicuntur paredri, & oniropompi, & quæcunque ſunt alia parerga apud eos ſtudioſè exercentur. Imaginem quoque Simonis habent factam ad figuram Iouis, & Selenæ in figuram Mineruæ; & has adorant. Habent quoque & vocabulum à principe impiiſſimæ ſententiæ Simone, dicti Simoniani, à quibus falſi nominis ſcientia accepit initia; ſicut ex ipſis aſſertionibus eorum adeſt dicere.

Saluatorē ſe mundi iactitabat.

Opera bona nil prodeſſe dicebat.

Simonis imagines adorata.

Hær.I. 10. *Epiphanius quoque de Simone mago ſcribens, commemorat talia de ſacris Scripturis dictitaſſe: nempe*, nec eſſe legem Dei, ſed ſiniſtræ virtutis. neque prophetas ex bono Deo eſſe, ſed alterius atque alterius virtutis. & prout vult vnicuique decernit; legem quidem cuiuſdam, Dauid autem alterius,

Sacras vilicit Scripturas.

Iſaiam

Iſaiam alterius, Ezechielem rurſus alterius, & ſingulos prophetas vni principatui defert: eſſe autem hos omnes ex ſiniſtrâ virtute, & extra complementum; omnem verò, qui veteri Teſtamento credit, mortem ſubire.

Proiectus in libidinem. 11. *De effreni eius libidine ſcribit Beatus Auguſtinus*, fuiſſe naturâ laſciuum, docuiſſe deteſtandam turpitudinem, indifferenter vti fœminis. *turpitudinem non ſcribo: ſi lubet videre, adi Epiphanium, qui multa caſtis indigna ſolere in abuſu fœdo ſexus vtriuſque refert, in fœdis eorum myſteriis exerceri: vt iure ſcribat Euſebius de iſtâ hæreſi Simonianâ*; Quodcunque aliquando omni flagitio ſceleſtius & improbius in cuiuſquam cogitationem cadere poſſit, hæc deteſtabilis & maximè peſtifera hæreſis illorum, qui mulierculas miſeras, omni vitiorum genere cumulatas turpiter & flagitioſè ludificantur, longiſſimè ſuperat. *Sed & auctore B. Auguſtino*, negat carnis reſurrectionem. *De hæreſ. 1. tom. 6.* *2. Ec. hiſt. 12.* *De hær. 1. tom. 6.*

Deum auctorem peccatorum blaſphemat 12. *Denique Deum peccatorum auctorem conſtituit, de quo Vincentius Lirinenſis in hæc verba*: Quis ante magum Simonem Apoſtolicâ diſtrictione percuſſum, à quo vetus ille turpitudinum gurges vſque in nouiſſimum Priſcillianum continuâ & occultâ ſucceſſione manauit; auctorem malorum, id eſt, ſcelerum, impietatum, flagitiorumque noſtrorum auſus eſt dicere creatorem Deum? quippe quem aſſerit talem hominum ipſum ſuis creare naturam, quæ proprio quodam motu, & neceſſariæ cuiuſdam voluntatis impulſu nihil aliud poſſit, nihil aliud velit, niſi peccare: eò, quòd furiis omnium vitiorum exagitata & inflammata, in omnia turpitudinum barathra inexhauſtâ cupiditate rapiatur. *O cæcos nouatores æui noſtri! ſordidos canum iſtorum vomitus reſorbentes; & iam tunc prædamnatos errores conſectantes!* *Cap. 34. Common.*

Ex aere deiectus interiit. 13. *At quis exitus huius peſtiferi hominis? quis finis erroris? Simon tandem faſtu & ſuperbiâ Lucifero comparandus*, cùm magicis artibus, vt ſe Deum probaret, duobus ſuffultus dæmoniis euolaſſet: * Petrus fixis genibus precatus eſt Dominum, vicit magicam leuitatem, vinctum illum de ſublimi *Sulp. 2. Hiſt. ſacr.* ** Max. Tau. Ser. 5. de nat. Apoſt.*

limi aëre depoſuit, & quodam præcipitio in ſaxa illidens eius crura confregit : * vt ex vnâ eius ruinâ perſpicuum fieret, quibus ſuppliciis digni ſunt, qui cæleſte curriculum mentiuntur.

*Iſidor. Pelu. 1. ep 13.

Baro. 2. An. an. Chri. 173.

SÆCVLO II.

ANNO CHRISTI CLXXIII.

14. Montanus *auctor hæreſis Cataphrygum, cum prophetiſsis ſuis Priſcillâ & Maximillâ, non ſancto Spiritu, quem in ſe ſuoſque immiſſum comminiſcebatur, ſed fanatico & ſeductore dementatus,* inſatiabili quadam animi cupiditate, in primatu ambiendo incenſus; ſimul atque aditum diabolo aduerſario ad ſe patefecerat, ſpiritu quodam maligno abripi, & derepentè furore & mentis inſaniâ exagitatus bacchari; atque mox non temerè ſolùm garrire, ſed peregrinas quaſdam voces fundere, & contra quàm Eccleſiæ conſuetudo cùm traditione, tum ſucceſſione antiquitùs ab Apoſtolorum temporibus couſq; deriuata poſtulabat, prophetare. occœpiſſe *ſcribitur ab Apollinari Hierapolis Epiſcopo, qui nonnullis interpoſitis addit, quòd* præfatus ille & arrogans ſpiritus ad Catholicam, & vniuerſam ſub cælo Eccleſiam contumeliis onerandam, eos perdocuit. *Deinde paullò pòſt ex Apolonio:* Iſte eſt, qui nuptiarum diuortia perdocet, qui nouas ieiunij leges ſancit, qui Pepuzam & Tymium, (iſtę enim ſunt paruæ ciuitates Phrygiæ) cupiens omnes vndique eò conuocare, Hieruſalem nuncupat.

Montanus fanatico ſpiritu dementatus, nuptiarum diuortia docet.

Euſeb. Ecc. hiſt. c. 15.

Apud. Euſeb. vbi ſu.

Ind. cap. 17

15. *Sed conſultò ex D. Hieronymo ſingulos eius errores exſcribemus, cuius ad Marcellam hæc verba:* Nos Patrem, & Filium, & Spiritum in ſuâ vnumquemque perſonâ ponimus, licet ſubſtantiâ copulemus: illi Sabellij dogma ſectantes, Trinitatem in vnius perſonæ anguſtias cogunt. illi intantum putant ſcelerata coniugia iterata, vt quicunque hoc fecerit, adulter habeatur. illi tres in anno faciunt Quadrageſimas, quaſi tres paſſi ſint ſaluatores. Apud nos Apoſtolorum locum Epiſcopi tenent, apud eos Epiſcopus tertius eſt. habent enim de Pepuzâ Phrygiæ Patriarchas; ſecundos quos

Hæreſes Montaniſtarum.

Ep. 54. tom. 2.

appellant Cenones; atque ita in tertium, id eſt, pænè vltimum locum Epiſcopi deuoluuntur: quaſi exinde ambitioſior religio fiat, ſi, quod apud nos primum eſt, apud illos nouiſſimum ſit. Illi ad omne pænè delictum Eccleſiæ obſerant fores: nos quotidie legimus; Malo pœnitentiam peccatoris, quàm mortem. Rigidi ſunt, non quo & ipſi peiora non peccent; ſed hoc inter nos & illos intereſt, quòd illi erubeſcunt confiteri peccata quaſi iuſti: nos dum pœnitentiam agimus, faciliùs veniam promeremur. Prætermitto ſcelerata myſteria, quæ dicuntur de lactente puero, & de victuro martyre, confarrata. malo, inquam, non credere; ſit falſum omne quod ſanguinis eſt: aperta eſt conuincenda blaſphemia dicentium, Deum primùm voluiſſe in veteri Teſtamento per Moſen & Prophetas ſaluare mundum: ſed quia non potuerit explere, corpus ſumpſiſſe de virgine, & in Chriſto ſub ſpecie filij prædicantem, mortem obiſſe pro nobis. & quia per duos gradus mundum ſaluare nequiuerit, ad extremum per Spiritum ſanctum in Montanum, Priſcam & Maximillam inſanas fœminas, deſcendiſſe; & plenitudinem, quam Paullus non habuerit, dicens; Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus; &, Nunc videmus per ſpeculum in ænigmate; abſciſſum & ſemiuirum habuiſſe Montanum.

Ezc. 18. 32. *Scelerata myſteria de puero.* *1. Co. 13. 9. 12.*

16. *Ceterùm legimus Anicetum Pontificem Rom. cùm Montanus eiuſque ſectatores primariæ Eccleſiæ Romanæ communicationem aſtu fuiſſent ſuffurati, quo à totâ Catholicâ Eccleſiâ viderentur recepti; detectâ tandem hæreſi illorum, communicationem irritam declaraſſe. Teſtatur Tertullianus ſic ſcribens*: Praxeas tunc Epiſcopum Romanum agnoſcentem iam prophetias Montani, Priſcæ, Maximillæ, & ex agnitione pacem Eccleſiis Aſiæ & Phrygiæ inferentem, falſa de ipſis prophetis & Eccleſiis eorũ adſeuerando, & præceſſorum eius auctoritates defendendo, coëgit & litteras pacis reuocare iam emiſſas, & à propoſito recipiendorum chariſmatum conceſſare.

Baron. 2. Annal. an. Chri. 173. *Damnatur Montanus ab Aniceto.* *Adu. Prax. 1.*

17. *Ipſe Tertullianus dilapſus in hæreſin Montani, cõplures libros ſcripſit pro illâ ſtabiliendâ: contra quam, ſicut & aduerſus Tertullianum*

Bar. 2. An. â Chri. 215

tullianum ipſum, Zepherinum Pontificem Rom. æuo Tertulliani anathema iecisſe ex ipſius Tertulliani verbis colligimus. ait enim: *Tertullianus item quia eius ſectator, à Pont. Rom. condēnatus*

De ieiun. adu. Pſych. 1. Arguunt nos, quòd ieiunia propria cuſtodiamus; quòd ſtationes plerumque in veſperam producamus; quòd etiam xerophagias obſeruemus, ſiccantes cibum ab omni carne, & omni iurulentiâ; & vuidioribus quibuſque pomis, ne quid vinoſitatis vel edamus, vel potemus; lauacri quoque abſtinentiam congruentem arido victui. Nouitatem igitur obiectant, de cuius inlicito præſcribant aut hæreſin iudicandam, ſi humana præſumptio eſt; aut pſeudoprophetiam pronunciandam, ſi ſpiritalis indictio eſt; dum quaquâ ex parte anathema audiamus, qui aliter adnuntiamus.

SÆCVLO III.

Baron. 2. Ann. an. Chri. 255.

ANNO CHRISTI CCLV.

Hiero. de ſcriptor. Eccleſ. 18. Nouatianus Romanæ vrbis presbyter aduerſus Cornelium Cathedram ſacerdotalem conatus inuadere, Nouatianorum, quod græcè dicitur καθαρὸν, dogma conſtituit; nolens apoſtatas recipere pœnitentes. huius auctor Nouatus Cypriani presbyter fuit. *Cornelius Romanus Pontifex epiſtolâ ad Flauianum, Nouatiani (quem Euſebius Nouatum vocat,* Lib. 6. Ecc. hiſt. 35. *errans in nomine)* aliud facinus omnium ſanè peſſimum hoc ferè pacto tradit. Cùm feciſſet oblationes, & ſingulis partem ſacramenti diſtribuiſſet, porrexiſſetque: miſeros homines & infelices pro benedictione & gratiarum actione iuſiurandum dare coëgit; atque ſuis vtriſque manibus manus accipientis prehendens, non priùs dimiſit, quàm hoc iureiurãdo eum obſtrinxiſſet; (illius enim verbis vtar) Iura mihi per corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, te nunquam nec me deſerturum, nec ad Cornelium reuerſurum. atque miſer homo non antè deguſtauit, quàm ita illi ſe deuouiſſet. & qui illum acceperat, pro Amen, quod dicere debuerat, hoc dixit; Non deinceps ad Cornelium reuertar. *Nouatiani ſchiſma.*

19. *Diſſidebat cum Cornelio, quòd is lapſos pœnitentes reciperet*

 in

Euſeb. ind.

in gremium Eccleſiæ, quibus Nouatianus nullam ſpem ſalutis reliquam faciebat. Vnde proprij cuiuſdam erroris & ſectæ eorum, qui præ inflatâ quadam mentis inſolentiâ ſeipſos

Puros ſe à peccatis iactabant.

καθαροὺς eſſe, id eſt puros & vacuos à labe peccati, aſſeuerant, auctor & dux fuit. Ob quã rem Concilium maximũ Romæ cogitur, in quo ſexaginta Epiſcopi, & presbyteri totidem, atque ampliùs, vnà cum Diaconis in vnum conueniunt. A paſtoribus etiam ſeparatim per ſingulas cuiuſque regionis prouincias, quid de eâ re agendum eſſet, deliberantibus, colloquia fiunt. A quibus omnibus tandem decernitur, Nouatum (*lege Nouatianum*) eiuſque fautores tantâ ſuperbiâ in-

Damnatur à Cornelio Pont.

flatos, & quorquot illius inhumaniſſimæ, & à fraternâ charitate alienæ opinioni aſſentirentur, in eorum numero qui erant ab Eccleſiâ excluſi, haberi. fratres autem, qui caſu infelici prolapſi fuiſſent, pœnitenriæ medicamentis curari, & ad ſanitatem reſtirui. *Teſte Beato Hieronymo Cornelius Romanæ vrbis Epiſcopus quatuor ſcripſit ad Flauianum Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopum epiſtolas*, quartam valdè prolixam, & Nouatianæ hæreſeos cauſas & anarhema continentem.

De Script. Ecc. Corn.

SÆCVLO IV.

ANNO CHRISTI CCCXIII.

Baro. to. 3. an. Chriſt. 313.

Donatiſtæ Eccleſiam Chriſti periiſſe docebant.

Aug. de hæreſ. 69.

20. Donatiani vel Donatiſtæ ſunt, qui primùm propter Cæcilianum contra ſuam voluntatem ordinatum Eccleſiæ Carthaginenſis Epiſcopum, ſchiſma fecerunt; obiicientes ei crimina non probata, & maximè quòd à traditoribus diuinarum Scripturarum fuerit ordinarus. Sed poſt cauſam cum eo dictam atque finitam, falſitatis rei deprehenſi, pertinaci diſſenſione firmatâ, in hæreſin ſchiſma verterunt; tamquam Eccleſia Chriſti propter crimina Cæciliani, ſeu vera, ſeu quod magis iudicibus apparuit, falſa, de toto terrarũ orbe perierit, vbi futura promiſſa eſt: atque in Aphricâ Donati parte remanſerit, in aliis terrarum partibus quaſi cõtagione

Rebaptizabant.

communionis extinctâ. Audenr etiam rebaptizare Catholicos, vbi ſe ampliùs hæreticos eſſe firmarunt: cùm Eccleſiæ Carholicæ vniuerſę placuerit, nec in ipſis hæreticis baptiſma com-

commune reſcindere. Huius hæreſis principem accepimus fuiſſe Donatum, qui de Numidiâ veniens, & contra Cæcilianum Chriſtianam diuidens plebem adiunctis ſibi eiuſdem factionis Epiſcopis, Maiorinum apud Carthaginem ordinauit Epiſcopum; cui Maiorino Donatus Epiſcopus alius in eâdem diuiſione ſucceſſit; qui eloquentiâ ſuâ ſic confirmauit hanc hæreſim, vt multi exiſtiment propter ipſum potiùs eos Donatiſtas vocari... Ad hanc hæreſin in Aphricâ & illi pertinent, qui appellantur Circumcelliones, genus hominum agreſte, & famoſiſſimæ audaciæ, non ſolùm in alios immania facinora perpetrando, ſed nec ſibi eâdem inſanâ feritate parcendo. *Circumcelliones Donatiſtæ.*

D. Auguſt. 1. cont. Iulia. c. 3. to. 7. 21. *Ceterùm Melchiades Pontifex*, Donatum damnauit, qui prior auctor Donatiſtarum ſchiſmatis fuit, & Cæcilianum Epiſcopum Eccleſiæ Carthaginenſis abſoluit. *At Donatiſtæ, more hæreticorum, à Melchiadis ſententiâ ad Conſtantinum Imperatorem appellauerunt: aduerſum quos Cõſtantinus in hæc verba reſcripſit*: Meum iudicium poſtulant, qui ipſe iudicium Chriſti expecto. Dico enim (vt ſe veritas habet) ſacerdotum iudicium ita debet haberi, ac ſi ipſe Dominus reſidens iudicet: nihil enim licet his aliud ſentire, vel aliud iudicare, niſi quod Chriſti magiſterio ſunt edocti, &c. *Damnatur à Melchiade Papâ.* Apud Bar. to. 3. Anna. an. Chri. 313. *Nota.*

ANNO CHRISTI CCCXXV.

Baron. 3. Annal. an. Chri. 325. Sul. Seuer. lib. 2. hiſt. ſacr. Arriani ab Arrio *Alexandrinæ Eccleſiæ presbytero*, quæ prædicabant, erant huiuſcemodi; Patrem Domini inſtituendi orbis cauſâ genuiſſe Filium, eò pro poteſtate ſui ex nihilo in ſubſtantiam nouam atque alteram, factum Dominũ nouum alterumque: fuiſſe autem tempus, quo Filius non fuiſſet. *D. Auguſtino auctore*, in eo ſunt notiſſimi errore, quo Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum nolunt eſſe vnius eiuſdemq; naturæ atque ſubſtantiæ; aut vt expreſſiùs dicatur, eſſentiæ, quæ οὐσία græcè appellatur: ſed eſſe Filium creaturam, Spiritũ verò ſanctũ creaturam creaturæ, hoc eſt, ab ipſo Filio creatum volũt. In eo autem, quòd Chriſtũ ſine animâ ſolam carnem ſuſcepiſſe arbitrantur, minùs noti ſunt. *Arriani hæretici.* De hær. 49. tom. 6. *Chriſtum ſine animâ dicentes.*

Nec aduerſus eos ab aliquo inueni de hac re aliquãdo fuiſſe certatum. Sed hoc verum eſſe & Epiphanius non tacuit; & ego ex eorum quibuſdam ſcriptis & collocutionibus certiſſimè comperi. Rebaptizari quoque ab his Catholicos nouimus; vtrùm & non Catholicos, neſcio.

23. *Itaque auctore Silueſtro Pontifice Romano Imperator* [a] Conſtantinus indicit Concilium Niceæ vrbis Bithyniæ, (*Oecumenicum id omnium primum fuit*) [b] ſcribitque ad omnes Eccleſiarum Præſides, vt ad diem pręſtitutum adſint. *Nec enim Imperatoris eſt Concilium cogere, ſed Pontificis: quando teſte Socrate*, Canon Eccleſiaſticus vetat, ne decreta abſque ſententiâ Epiſcopi Romani Eccleſiis ſanciantur. *Itaque, quod Theodoretus memorat*, trecenti decem & octo Epiſcopi ibi in vnum conuenerunt. Epiſcopus autem Romanus propter ætatem admodum ingraueſcentem abfuit. Verùm duos ille miſit presbyteros, poteſtate illis conceſſâ actis illius Concilij aſſentiendi. *Hæc Theodoretus. Sed plures legatos aliquando illuc miſſos conſtat, quorum primus fuit* Oſius Epiſcopus Cordubẽſis, Hiſpaniarum Epiſcoporum vicem, atque Silueſtri Romani Pontificis perſonam gerens, & collegarum Legatorum primarius. *Quid in Concilio decretum ſit, paucis verbis complexus eſt Sulpitius Seuerus: inquit*; *Arrij erroris, &* mali causâ Synodus apud Nicæam ex toto orbe contrahitur: trecentis ſiquidem & duo de viginti Epiſcopis congregatis, fides plena conſcribitur, hæreſis Arriana damnatur, Imperator decretum Epiſcopale complectitur. Arriani nihil contra ſanam fidem retractare auſi, ſe quoque tamquam acquieſcentes, nec aliud ſentientes Eccleſiis miſcuerunt: manebat tamen in pectoribus eorum inſitum in Catholicos viros odium; & aduerſus quos diſceptare non poterant, eos subornatis accuſatoribus, fictiſque criminibus appetebant.

Bar. 3. An. ã. Chri. 325

[a] Ruffi. 1. lib. c. 1.

[b] Sozom. 1. Ec. hiſt. 16.

2. Ecc. hiſt. 13.

Damnati in Concil. Niceno I. Oecumenico.

1. Ec. hiſt. 7

Baron. 3. An. ã. Chr. 325.

2. Ec. hiſt.

Nota hæreticor. ingenium.

Anno Christi CCCLXXXI.

Bar. 4. An. ã. Chri. 381

Aug de hæreſi. 10. 6.

Macedoniani pneumatomachi.

24. Macedoniani ſunt à Macedonio Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopo, quos πνευματομάχους Græci dicunt, eò quòd de Spiritui ſancto litigent. Nam de Patre & Filio ſentiunt,

tiunt, quod vnius ſint eiuſdemque ſubſtantiæ: ſed de Spiritu ſancto hoc nolunt credere, creaturam eum dicentes. *Nam*; vt Arrius aduerſus filium egerat, ſic Macedonius aduerſus Spiritum ſanctum: vt eius in omnes imperium ac dominatum in ſeruorum ac miniſtrorum ordine collocaret. *De quibus Beatus Auguſtinus*; Hos potiùs quidam Semiarrianos vocant, quòd in hac quæſtione ex parte cum illis ſint, ex parte nobiſcum. *Jtaque Damaſus I. Pont Romanus indicto primò Concilio Conſtantinopolitano Oecumenico II. Epiſcoporum* CL. *nefariam Arrij & Macedonij hæreſin extinxit. Cedrenus paucis complectitur Concilij decreta:* Sanctum Concilium damnauit Macedonium, cumq; eo Sabellium Afrum, qui vnam tantùm Trinitatis perſonam aſſerebat; & Apolinarium Laodicenſem, qui Verbum in homine mẽtis vacuo habitaſſe tradebat, ac loco mentis animæ Verbum fuiſſe. Pronunciauit autem Concilium Spiritum ſanctum eſſe Deum viuificum, eiuſdemque cum Patre eſſentiæ ac cum Filio. addiditque Symbolo de Spiritu ſancto hęc verba; Dominum, viuificum, &c. *Damaſus quoque Ariminenſem damnauit conuentum, in quo* Valentis potiſſimùm & Vrſatij fraudibus, Nicenæ fidei damnatio conclamata eſt. ingemuit totus orbis, & Arrianum ſe eſſe miratus eſt.

Photius de 7. Conc to. 1. Conc.

Vbi. ſup.

Bre. Rom. 11. Decẽb. Ba 4 Ann. ã. Chri. 381

Cõp hiſt. Theodoſ. ſen.

Damnati à Conc. Conſtantinopol. I. Oecum. II.

D. Hieron. Dial. adu. Lucifer.

25. *Coëgit & Romæ Concilium, in quo damnauit Auxentium Arrianum Epiſcopum Mediolanenſem, Niceni Concilij fidem obumbrare cupientem. Rurſus præter alia Romæ Damaſus celebrauit Concilium contra Apollinarem Hæreſiarcham, in quo & aliæ graſſantes in Oriente hæreſes damnatæ ſunt; & nonnullos anathematiſmos Concilij adſcribo ex eiuſdem epiſtolà ad Paullinum Epiſcopum Antiochenſem, quam Theodoretus ſcribit.*

Baro. 4. An. ã. Chri. 369

Anathemata Damaſi in hæreticos

Quoniam poſt Concilium Nicenum eiuſmodi error emerſit, vt quidam profano ore dicere audeant Spiritum ſanctum per Filium factum eſſe; Anathema denunciamus omnibus, qui non liberè prædicãt Spiritum ſanctum vnius & eiuſdem cum eſſentiæ, tum poteſtatis cum Patre & Filio.

Theo. Ecc. hiſ. 5 c. 11.

Pari ratione anathema indicimus Sabelliani erroris fautoribus, qui dicunt Patrem & Filium eundem eſſe.

Ana-

Anathemate item damnamus Arrium & Eunomium, qui pari impietate, licet verbis diſcrepent, tum Filium, tum Spiritum ſanctum creaturam eſſe aſſerunt.

Sint porrò Macedoniani mulctati anathemate, qui ex radice Arrianâ exorti, non impietatem, ſed nomen ſolum commutarunt.

Photino quoque ſit pœna anathematis irrogata, qui hæreſin Ebionis renouans, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex Mariâ ſolùm editum aſſeuerat.

Illi præterea anathemati addicantur, qui duos filios eſſe affirmant, vnum ante ſæcula, & alium poſt carnem ex Mariâ ſumptam.

Anathema etiam illis adiudicauimus, qui aſſerunt quòd in carne humanâ Verbum Dei loco animæ rationis participis habitauit. Nam idem ipſum Dei Verbum non animæ rationis & mentis compotis locum in corpore, quod ſibi ſumpſit, obtinuit: ſed noſtram animam, hoc eſt, ratione & mente præditam, expertē tamen peccati, accepit ſeruauitq́;.

Deniqúe ſit illis inflictum anathema, qui dicunt Verbum Dei productione & contractione à Patre ſecerni, ipſumq́; eſſentiæ expers eſſe, aut morte interiturum, ſcelerate impieq́; prædicant, &c. *Plura ſi deſideras, adito ipſum Theodoretum.*

Priſcillianus magus fuit.

26. Priſcillianus *hoc tempore, auctore Baronio, hæreſin Gnoſticorum reduxit in Hiſpaniam. quem, vt ſcribit Sulp. Seuerus,* & magicas artes ab adoleſcentiâ exercuiſſe creditum eſt. Is, vbi doctrinam exitiabilem aggreſſus eſt, multos nobilium, pluresq́ue populares, auctoritate perſuadendi, & arte blandiendi, allicuit in ſocietatem. *quorum qui ſint errores, in hæc verba D. Auguſtinus commemorat.* Priſcillianiſtæ, quos in Hiſpaniâ Priſcillianus inſtituit, maximè Gnoſticorum & Manichæorum dogmata permixta ſectantur. quamuis & ex aliis hæreſibus in eas ſordes, tamquam in ſentinam quandam, horribili confuſione defluxerint. Propter occultandas autem contaminationes & turpitudines ſuas, habent in ſuis dogmatibus & hæc verba;

4 Ann. an. Chri. 381. Sac. hiſ. l. 2.

Hæreſes eius ſectatorum.

De hær. 70 tom. 6.

Iura, periura, ſecretum prodere noli.

Et poſt

Et poſt pauca. Aſtruunt etiam fatalibus ſtellis homines colligatos, ipſumque corpus noſtrum ſecundùm duodecim ſigna cæli eſſe compoſitum; ſicut hi, qui Mathematici vulgò appellantur; conſtituentes in capite Arietem, Taurum in ceruice, Geminos in humeris, Cancrum in pectore, & cætera nominatim ſigna percurrentes ad plantas vſque perueniunt, quas Piſcibus tribuunt, quod vltimum ſignum ab Aſtrologis nuncupatur. *Aſtrologia eorum.*

27. *Cetera ex Leone Magno exſcribere conſilium eſt, quæ ad Turibium ſcripſit;* Nihil eſſe ſordium in quorumque ſenſibus impiorum, quod in hoc dogma non confluxerit: quoniam de omnium terrenarum opinionum luto multiplicem ſibi fecem miſcuerunt, vt ſoli totum biberent, quicquid alij ex parte guſtaſſent. Denique ſi vniuerſæ hæreſes, quæ ante Priſcilliani tempus exortæ ſunt, diligentiùs retractentur: nullus pænè inuenitur error, de quo non contraxerit impietas iſta contagium. *Epiſt. 93.* *Sentina hæc omnium ſordium hæreſis.*

j. Impiè ſentiunt de Trinitate diuinâ: qui & Patris, & Filij, & Spiritus ſancti vnam atque eamdem aſſerunt eſſe perſonam; tamquam idem Deus, nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus nominetur; nec alius ſit, qui genuit, alius qui genitus eſt, alius qui de vtroque proceſſit: ſed ſingularis vnitas in tribus quidem vocabulis, ſed non tribus ſit accipienda perſonis. Quod blaſphemiæ genus de Sabellij opinione ſumpſerunt, cuius diſcipuli etiam Patriſpaſſiani nuncupantur: quia ſi ipſe eſt Filius, qui & Pater, Crux Filij Patris erit paſſio. & quicquid in formâ ſerui Filius Patri obediendo ſuſtinuit, totum in ſe Pater ipſe ſuſcèpit; quod Catholicæ fidei ſine ambiguitate contrarium eſt. *In SS. Trinitatem impij.*

ij. Ineptum eſt vanumque commentum de proceſſionibus quarundam virtutum ex Deo, quas habere cœperit, & quas eſſentiâ ſuâ ipſe præceſſerit: in quo Arrianorum quoque ſuffragantur errori dicentium, quòd Pater prior Filio ſit, quia fuerit aliquando ſine Filio; & tunc Pater eſſe cœperit, quando Filium genuerit. *Arrianos ſequuntur.*

Chriſtum ante Mariam non fuiſſe dicũt.

iij. Iidem impij aſſerunt ideò vnigenitum dici Filium Dei, quia ſolùm ſit natus ex Virgine. Quod vtique non auderent dicere, niſi Pauli Samoſateni & Photini virus hauſiſſent; qui dixerunt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, antequam naſceretur ex Virgine Mariâ, non fuiſſe.

iiij. Natalem Chriſti, quem ſecundùm ſuſceptionem veri hominis Catholica Eccleſia veneratur, quia Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, non verè iſti honorant; ſed honorare ſe ſimulant, ieiunantes eodem die ſicut & die Dominico, qui eſt dies reſurrectionis Chriſti: quod vtique ideò faciunt, quia Chriſtum Dominum in verâ hominis naturâ natum eſſe nõ credunt, ſed per quandam illuſionem oſtentata videri volunt, quæ vera non fuerint, ſequentes dogma Cerdonis, atque Marcionis, & cognatis ſuis Manichæis per omnia concordantes. Ioan. 1.

Nec in verâ hominis fuiſſe naturâ.

v. Animam hominis diuinæ aſſerunt eſſe ſubſtantiæ, nec à naturâ creatoris ſui, conditionis noſtræ diſtare naturam: quam impietatem, ex philoſophorum quorundam, & Manichæorum opinione manantem, Catholica fides damnat.

Diabolum numquam fuiſſe bonũ.

vj. Dicunt diabolum numquàm fuiſſe bonum, nec naturam eius opificium Dei eſſe, ſed eum ex chao & tenebris emerſiſſe: quia ſcilicet nullum ſui habeat auctorem, ſed omnis mali ipſe ſit principium atque ſubſtantia: cùm fides vera, quæ eſt Catholica, omnium creaturarum, ſiue ſpiritualium ſiue corporalium, bonam confiteatur ſubſtantiam, & mali nullam eſſe naturam: quia Deus, qui vniuerſitatis eſt conditor, nihil non bonum fecit. Vnde & diabolus bonus eſſet, ſi in eo quod factus eſt, permaneret.

Nuptias damnãt.

vij. Nuptias damnant, & procreationem naſcentium perhorreſcunt: in quo (ſicut pænè in omnibus) cum Manichæorum prophanitate concordant. Ideò (ſicut ipſorum mores probant) coniugalem copulam deteſtantes, quia non eſt illic libertas turpitudinis, vbi & pudor matrimonij ſeruatur, & ſpes ſobolis.

viij. Plaſmationem humanorum corporum diaboli dicunt eſſe figmentum, & ſemina conceptionum operâ dæmonum in mulierum vteris figurari: propterea reſurrectionem

nem carnis non eſſe credendam; quia concreatio corporis non ſit congruens animæ dignitati: quæ falſitas ſine dubio opus diaboli eſt.

ix. Filios promiſſionis ex mulieribus quidem natos, ſed ex Spiritu ſancto dicunt eſſe conceptos: ne illa ſoboles, quæ de carnis ſemine naſcitur, ad Dei conditionem pertinere videatur. quod Catholicæ fidei repugnans atque contrarium eſt, quæ omnem hominem, in corporis animæque ſubſtantiâ, à conditore vniuerſitatis formari atque animari intra materna viſcera confitetur.

x. Referuntur aſſerere, animas, quæ humanis corporibus inſeruntur, fuiſſe in corpore, & in cæleſti habitatione peccaſſe: atque ab hoc à ſublimibus ad inferiora delapſas in diuerſæ qualitatis principes incidiſſe, & per aërias ac ſiderias poteſtates, alias duriores, alias mitiores, corporibus eſſe incluſas, ſorte diuerſâ & conditione diſſimili: vt quicquid in hac vitâ variè & inæqualiter prouenit, ex præcedentibus cauſis videatur accidere. quam impietatis fabulam ex multorum ſibi erroribus texuerunt. *Animas fuiſſe ante corpora nugantur.*

xj. Vndecima ipſorum blaſphemia eſt, quâ fatalibus ſtellis & animas hominum & corpora opinantur adſtringi: per quam amentiam neceſſe eſt, vt omnibus paganorum erroribus implicati, & fauentia ſibi (vt putant) ſidera colere, & aduerſantia ſtudeant mitigare. Verùm iſta ſectantibus nullus in Eccleſiâ Catholicâ locus eſt: quoniam, qui ſe talibus perſuaſionibus dedit, à Chriſti corpore totus abſceſſit. *Stellarum fatis ſubduns homines.*

xij. Duodecimum inter hæc illud eſt, quòd ſub aliis poteſtatibus partes animæ, ſub aliis corporis membra deſcribũt; & qualitates interiorum præſulum in patriarcharum nominibus ſtatuunt, quibus è diuerſo ſigna ſiderea, quorum virtuti corpora ſubiiciantur, opponunt. & in his omnibus inextricabili ſe errore præpediunt.

xiij. Dicunt quòd omne corpus ſcripturarum Canonicarum ſub patriarcharum nominibus accipiendum ſit: quia illæ duodecim virtutes, quæ reformationem hominis interioris operantur, in horum vocabulis indicentur, ſine quâ ſcientiâ nullam animam poſſe aſſequi, vt in eam ſubſtan-

tiam, de quâ prodiit, reformetur. Sed hanc impiam vanitatem deſpectui habet Chriſtiana ſapientia.

Corpora ſideribus ſubiiciunt. XIV. De ſtatu corporis ſentire dicuntur, quòd ſub poteſtate ſiderum atque ſignorum pro terrenâ qualitate teneatur: & ideò multa in ſanctis libris, quæ ad exteriorem hominem pertineant, reperiri, vt in ipſis ſcripturis inter diuinam terrenamque naturam quædam ſibi repugnet aduerſitas: & aliud ſit, quod ſibi vendicent animæ præſules, aliud quod corporis conditores. Quæ fabulæ ideò differuntur, vt & anima diuinæ affirmetur eſſe ſubſtantiæ, & caro credatur malæ eſſe naturæ... Sic mendaciorum ſuorum ſacrilegia bonis titulis colorantes.

Nota. XV. Et nos iſtud veracium teſtium relatione comperimus, & multos corruptiſſimos eorum codices, qui canonici titulantur, inuenimus. Quomodo enim decipere ſimplices poſſent, niſi venenata pocula quodam melle prælinirent? ne vſquequaque ſentirentur inſuauia, quæ eſſent futura mortifera. *Atque hæc ex Leone.*

28. *Priſcilliano itaque noua hæc docente, ſiue vetera deliramenta nouante*, apud Cæſarauguſtam Synodus congregatur, cui tum etiam Aquitani Epiſcopi interſuêre: verùm hæretici committere ſe iudicio non auſi. In abſentes tum lata ſententia, damnatique Inſtantius & Saluianus Epiſcopus, Helpidius & Priſcillianus laici. Additum etiam, vt, ſi quis damnatos in communionem recepiſſet, in ſe eandem ſententiam promendam. *Sulpitius Seuerus ſcribit, illos* tum Romam profectos, vt apud Damaſum Vrbis eâ tempeſtate Epiſcopum obiecta purgarent: ſed ne in conſpectum quidem eius admiſſi ſunt. *Vides, quanta iam tum fuerit Romani Pontificis auctoritas, quem, velut ſupremum iudicem etiam in Concilio damnati hæretici, vt ſe purgarent, adibant?*

Damnati Priſcillianiſtæ. Seu. Sulp. 2. Sac. hiſt. Ind.

SÆCVLO V.

ANNO CHRISTI CCCCXXXI.

Baro. 5. An. an. Chri. 431.

Neſtorius B. Mariæ hoſtis. 29. Neſtorius *Patriarcha Conſtantinopolitanus, in Chriſtum & D. Mariam impius, Dei matrem prohibuit* θεοτόκον, *quod eſt,*

Deipa-

Deiparam appellari; docens Chriſtum nudum hominem, non verum Deum eſſe. Ideoque bellum implacabile contra D. Virginem geſſit: malus ſeruus atque impudens, qui & Dominum ſuum diffiteretur, & Dominam contumeliâ afficeret. Is ergo pernicioſus Neſtorius ducem ſe Iudaicæ hęreſi præbuit: alium per ſe eſſe Chriſtum, aliumque rurſus Verbum Dei, errorem auitum ſequendo ſtatuens. *Quem contra Epheſinum Oecumenicum Concilium Tertium cogitur auctore Cæleſtino Papâ, ad quod plures ducentis conuenerunt Epiſcopi.* Ex quibus erant præſides, Cyrillus ille celeberrimus inter patres, qui propter virtutem, ſapientiæque diuitias, magnæ ciuitatis Alexandriæ ſedem obtinebat, & Cæleſtini Romani Pontificis implebat ſedem, atque perſonam gerebat. *Refert hæc Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus, poſt nonnulla adiiciens:* *Neſtorius* ab illo beatorum Patrum cœtu, ſacerdotij ſpoliatus dignitate, vnà cum execrandâ ſententiâ ſuâ anathemati traditus eſt ſempiterno. Declaratum eſt autem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in vnâ eademque perſonâ (vt verè ac piè à Patribus traditum eſt) adorandum ac prædicandum: & immaculatam eius ſemperque Virginem matrem, propriè & verè appellandam ſummis cum laudibus Dei genitricem. Quæ enim Deum Verbum, cùm in carne naſci vellet, genuit, iure Dei genitrix vocata, celebrataque eſt. *Atque ita* proiectus eſt draco ille magnus, qui inſidiabatur Virginis partui, inuidens illi diuinitatem.

[Margin: Cedren. Cōp. hiſt. Aurelio Imp. — Bar. 5. An. à Chri. 431 — De conc. Eph. to. 1. Conc. 2. — vbi ſup. — In Concil. Epheſino Oecu. III. damnatus. — Maria Mater Dei vocanda. — Ad Conc. Eph. 11. Apud. Bar. 5. Ann. an. Chri. 431.]

30. Pelagianorum *hæreſis antè ſæpiùs damnata, ab eodem Concilio Epheſino rurſus condemnatur; de quâ hæc ſcribit B. Auguſtinus:* Pelagianorum eſt hæreſis omnium recentiſſima, à Pelagio monacho exorta: quem magiſtrum Cæleſtius ſic ſecutus eſt, vt ſectatores eorum Cęleſtiani etiam nuncupentur. *Hæreſes eorum à Mariano Victorio paucis collectas adſcribam. ait;* Pelagius Brito monachus, Cæleſtio Iulianoque fautoribus, tãtum tribuebat libero arbitrio, vt diceret, illud gratiâ Dei nequaquam egere: quippe cùm illa in lege ac doctrinâ contineretur, ipſumque liberum arbitrium diuinum eſſet munus. proptereaque ad ſingulos quoſque actus gra-

[Margin: Bar. ind. — De hęr. 88. tom. 6. — Pelagianorũ hæreſis. — To. 1. Hier. in arg. D. Hieron. ad Creſiphon. adu. Pelag. — Nota.]

gratiam neceſſariam eſſe negabat, & ſine eâ difficiliùs quidem, ſed tamen perueniri ad ſalutem poſſe aiebat; ipſam autem gratiam ſecundùm merita noſtra dari: victoriamq́; etiam noſtram non eſſe ex Dei adiutorio, ſed ex libero arbitrio, contendebat. Pœnitentibus quoque veniam non dari ſecundùm gratiam & miſericordiam Dei, ſed ſecundùm meritum & laborem eorum, qui per pœnitentiam digni fuerunt miſericordiâ, affirmabat. Orationes, quæ fierent in Eccleſiâ tam pro fidelibus, quàm etiam infidelibus, veluti ſuperuacaneas damnabat, aſſerēs homines ſuo quemque labore & induſtriâ, id quod peteretur, præſtare poſſe. Addebat hominem ſine peccato eſſe poſſe, ſi velit: diuerſum tamen ab huiuſmodi ἀναμάρτητον eſſe aſſeuerabat. Prætereà, cùm ad perfectionem quandam ventum fuerit, ne vllis quidem humanis perturbationibus hominem concuti, contendebat: eaque ex cauſâ ἀπαθείαν ſummoperè prædicabat. & filios Dei vocari non poſſe, niſi eos, qui abſque omni prorſus eſſent peccato, aſſeuerabat. Aiebat prætereà Adam mortalem fuiſſe creatum; & ſiue peccaſſet, ſiue non, omnino

De infantibus. moriturum. eius quoque peccatum neminem, niſi ipſum Adam læſiſſe. Ideò infantes natos pro abolendo originali crimine baptizandos non eſſe: quippe cùm illos in eo ſtatu eſſe aſſereret, quo ipſe Adam fuerat ante peccatum; & ſi ante baptiſmum morerentur, habere etiam vitam æternam. Baptizandos autem eos eſſe, non vt à peccato, quo carerent, exuerentur, ſed vt Sacramento adoptionis filiorum Dei honorarentur. Hæc & alia quædam euomens Pelagius, cùm à multis admoneretur, damnationem timens recantauit primò: mox rurſus ad eadem peioraque prolapſus, *ſæpè cùm à prouintialibus Conciliis, tum à Pontificibus Romanis condemnatus fuit. de quibus hæc tradit Proſper Aquitanus, eadem tempeſtate, pietate & eruditione conſpicuus. inquit;* Cont. Collat. 41.

Pelagius ab Innocentio, & aliis Pōtificibus damnatus. 31. Tunc iſtorum machinæ fractæ ſunt; tunc in ſuperbiæ ſociis, ac principibus corruerunt; quando beatæ memoriæ Innocentius nefandi erroris capita Apoſtolico mucrone percuſſit; quando Pelagium, ad proferendam in ſe ſuoſque ſenten- Proſ. in Chro. An. 434.

ſententiam, Palæſtinorum Epiſcoporum Synodus coartauit; quando Africanorum Conciliorum decretis beatæ recordationis Papa Zozimus ſententiæ ſuæ robur adnexuit, & ad impiorum detruncationem gladio Petri dextras omnium armauit Antiſtitum. quando ſanctæ memoriæ Papa Bonifacius piiſſimorum Imperatorum deuotione gaudebat, & contra inimicos gratiæ Dei, non ſolùm Apoſtolicis, ſed etiám regiis vtebatur edictis: & quando idem, quando eſſet doctiſſimus, aduerſus libros tamen Pelagianorum beati Auguſtini reſponſa poſcebat. Vnde & venerabilis memoriæ Pontifex Cæleſtinus, cui ad Catholicæ Eccleſiæ præſidium multa Dominus gratiæ ſuæ dona largitus eſt, ſciens damnatis non examen iudicij, ſed ſolùm pœnitentiæ remedium eſſe præſtandum; Cæleſtium, quaſi non diſcuſſo negotio audientiam poſtulantem, totius Italiæ finibus iuſſit extrudi: adeò & præceſſorum ſuorum ſtatuta & decreta Synodalia inuiolabiliter ſeruanda cenſebat: vt, quod ſemel meruerat abſcindi, nequaquam admitteret retractari. Nec verò ſegniore curâ ab hoc morbo Britannias liberauit; quando quoſdam inimicos gratiæ ſolum ſuæ originis occupantes, etiam ab illo ſecreto excluſit Oceani; & ordinato Scotis Epiſcopo, ſcilicet dum Romanã inſulam ſtudet ſeruare Catholicam, fecit etiam barbaram Chriſtianam. Per hunc virum etiã Orientales Eccleſiæ geminâ peſte purgatæ ſunt, quando Cyrillo Alexandrinæ vrbis Antiſtiti, glorioſiſſimo fidei defenſori, ad execrandam Neſtorianam impietatem Apoſtolico auxiliatus eſt gladio: quo etiam Pelagiani, dum cognatis confœderantur erroribus, iterùm proſternerentur.

Britannia Romana inſula.

Proſp. ad an. Chri. 434.

32. *Tunc factum, quod idem ſcribit in Chronico ſuo;* Congregatâ apud Epheſum plùs ducentorum Synodo Sacerdotum; Neſtorius cum omni hæreſi nominis ſui, & cum multis Pelagianis, qui cognatum ſibi dogma iuuabant, damnatur.

Neſtorius damnatus.

Id. de Ingra. c. 2.

Adfuit exhortante Deo prouiſa per orbem
Sanctorum pia cura Patrum, non diſpare motu
Conficiens diros iaculis cæleſtibus hoſtes.

Iiſdem

Iiſdem namque ſimul decretis Spiritus vnus
Intonuit. peſtem ſubeuntem prima reſcidit
Roma caput mundi. Sedes Roma Petri; quæ paſtoralis honoris
Facta caput mundo, quicquid non poſſidet armis,
Relligione tenet.

ANNO CHRISTI CCCCLI.

Baron. 6. Ann. an. Chri. 451.

Eutychetis hæreſis. 33. Eutyches *Archimandrita Conſtantinopolitanus, cùm ſummo odio in hæreſin Neſtorij ferretur, eò prolapſus eſt, vt non duas tantùm in Chriſto perſonas ex Catholicæ fidei præſcripto negaret; ſed etiam nec duas in eo naturas agnoſceret; Neſtorij laborare morbo reputans, qui duas confiterentur in Chriſto diſtinctas & inconfuſè coniunctas naturas. Ille igitur* Manetis atque Apollinarij aduerſis partibus tertius propugnator extitit. Carnem Chriſti eiuſdem fuiſſe cum noſtrâ naturę atque ſubſtantiæ, confiteri non ſuſtinuit. negauitque in Chriſto duas permanere naturas poſt earum vnionem atque concretionem. Quin & inaudita alia atque monſtroſa confinxit, corpus Chriſti ex cælo delapſum aiens, eoque in cælis indutum Verbum Dei, per virginem, veluti per canalem, tranſiuiſſe, vti natus ex muliere videretur, cùm non naſceretur tamen. Manichæi iſta opinio eſt, & quidem Manetis etiam deliriis abſurdior. Is quoque peruersò vnicam Chriſti naturam aſſeruit. *Itaque ſancta & vniuerſalis Synodus IV. Chalcedonenſis (vt Leo ſcribit) ſexcentorum ferè Epiſcoporum; ſiue (quod Photius & plerique alij tradunt) ſexcentorum triginta, coacta eſt, Imperatore Martiano poſtulante, Leone Magno Pontifice Romano adprobante.*

Cedren. Com. hiſt. Aureliano Imp.

Chriſtum velut per canalem per Mariã fluxiſſe dicebat.

Damnatur in Concilio Chalcedonenſi Oecu. IIII.

Epiſt. 52. 2.

De 7. Cõc. Oecum.

34. *Pulcherrima res, quando* ad totius mundi ſalutem & Regia potentia, & Sacerdotis viget induſtria. *Verùm quia laicus quilibet ſemper ouis eſt, non paſtor; cùm Imperatori Deus Imperium commiſit, quæ Eccleſiæ ſunt, Pontifici concredidit: petere, vt indicatur Concilium, poteſt eſſe principis; ſed legitimè cogere, & comprobare, ſolius fuit, eritque ſemper ſummi Pontificis. De quâ re audiamus Leonem Magnum Pontificem Romanum, hęc modo ſcribentem ad ipſam Synodum Chalcedonenſem.*
Ample-

Leo. ep. 59.

Concilio preeſt Rom. Pont. & indicit, non Imperator.

Epiſt. 47. 1.

Amplectendum eſt clementiſſimi Principis plenum religione conſilium, quo ſanctam fraternitatem veſtram ad deſtruendas inſidias diaboli, & ad reformandam Eccleſiaſticam pacem voluit conuenire, beatiſſimi Petri Apoſtoli iure atque honore ſeruato: adeò, vt nos quoque ad hoc ſuis litteris inuitaret, vt venerabili Synodo noſtram præſentiam præberemus. quod quidem nec neceſſitas temporis, nec vlla conſuetudo poterat permittere. Tamen in his fratribus, Paſchaſino & Lucentio Epiſcopis, Bonifacio & Baſilio Presbyteris, qui ab Apoſtolicâ Sede directi ſunt, me Synodo veſtra fraternitas exiſtimet præſidere. Nec ſeiunctam à vobis præſentiam meam confidat, qui nunc in Vicariis meis adſum, & iam dudum fidei prædicatione non deſum. vt, qui non poteſtis ignorare, quid ex antiquâ traditione credamus, non poſſitis dubitare, quid cupiamus. *Vides, quanta ſit Romani Pontificis auctoritas! ſuo aſſenſu ſignificat à Principe Synodum congregatam, & in Vicariis ſuis Synodo ſuam adeſſe præſentiam.* *Etiam in ſuis Vicariis.*

35. *Ceterùm in hoc quoque ſumma eiuſdem Sedis auctoritas dinoſcitur; quòd, licet abſens Pontifex, tamen & priùs definiuit quod erat credendû, & Synodus comprobauit, quod ab Apoſtolico throno fuerat decretum. De quo rurſum ita ſcribentem audiamus.* *Etiam ſine Concilio Pôtif. damnat hæreſes.*

Ep. 63. 1. Ps. 123. 8. Gloriamur in Domino cum Prophetâ canentes; Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram; qui nullum nos in noſtris fratribus detrimentum ſuſtinere permiſit: ſed quæ noſtro priùs miniſterio definierat, vniuerſę fraternitatis irretractabili firmauit aſſenſu; vt verè à ſe prodiiſſe oſtenderet, quod prius à primâ omnium Sede formatum totius Chriſtiani orbis iudicium recepiſſet: vt in hoc quoque capiti membra concordent, in quo ampliùs nobis accreſcit gaudendi materia, dum & tantò magis ſe perculit inimicus, quantò contra Chriſti miniſtros ſæuiùs *Priùs Pôtif. decreuit, quod poſtea totus orbis recepit.*

Cap. 2. inſurrexit. *& quibuſdam interpoſitis hæc addit*: Vicit per nos ille, cuius carnis veritas negabatur. vicit per nos & pro nobis ille, cui viuimus, per quem ſecunda eſt poſt aduentum Domini hæc orbi feſtiuitas. Redditum ſæculo eſt, prædone

proſtrato, Incarnationis diuinæ myſterium; quod humani generis inimicus, quia rebus ipſis auferre non poterat, calumniis obſcurabat. Quinimò ab incredulorum corde perierat immortale myſterium: quia nihil prodeſt tanta ſalus incredulis, ipſâ veritate ſuis dicente diſcipulis; Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui autem non crediderit, condemnabitur. Solis iuſtitiæ iubar denſis per Orientem Neſtorij & Eutychis nebulis impeditum, purè ab Occidente reſplenduit, vbi commercium in Apoſtolis & Doctoribus principaliter collocauit. *En iterùm* habes Romam, vnde nobis quoque auctoritas præſtò eſt.

Marc. 16. 16.

Nota.

Tertull. de Præſ. 36.

Itaque Eutyches, & defenſor ipſius arrogans Dioſcorus, ex diametro contrarium errori Neſtoriano defendentes, Chriſtique oppugnatores, meritas tantæ impietatis pœnas dederunt. Sacerdotio enim ſpoliati, vnà cum hæreſi ſuâ Chriſti oppugnatrice, ab Eccleſiæ totius communione fuerunt excluſi, anathemateque damnati.

Phot. de 7. Cóc. œcu. tom. 1. Conc.

SÆCVLO VI.

ANNO CHRISTI IↃXXXVI.

Bar. 7. An. an. Chri. 536.

Anthimus Eutychetis ſectator.

36. Anthimus *Trapezuntius Epiſcopus Imperatore Iuſtiniano, ſtudio Theodoræ Auguſtæ, velut orthodoxo illi fauentis, mortuo Epiphanio, in Sedem intruditur Conſtantinopolitanam. Is habens Eutychetis opinionem, præcedentium Synodorum non recepit auctoritatem, cum fautoribus ſuis hæreticis*. Miſit itaque Deus Conſtantinopolim Agapetum (qui verè ἀγαπητὸς, id eſt, dilectus à Deo & hominibus) Pontificem antiquæ Romæ, in depoſitionem Anthimi & prædictorum hæreticorum, tamquam olim Petrum magnum Apoſtolum Romanis in depoſitionem Simonis. *Paullò pòſt Agapeto mortuo, ab eius Legatis Conſtantinopoli Oecumenicum V. Concilium Conſtantinopolitanum II. Epiſcoporum CLXV. ſi Photio credimus, cogitur.* Concilium nefaria Neſtorij dogmata iterùm pullulantia penitus euulſit ſimul cum ipſo ſatore zizaniorum, Theodorumque ac Diodorum; quorum hic Tarſi erat Epiſcopus, ille

Supplicat. Monachor. act. 1. Conc. 1. Conſt. to. 1. Conc.

Damnatus à Conc. Conſt. anti. ſecundo. Oecum. V.

Phot. Pat. Conſt. vbi ſup.

ille Mopſueſtiæ. Qui cùm Neſtorij priùs hæreſin parturirent, eam denique ſcriptis etiam ediderunt, mentiſque ſuæ tamquam partus quoſdam adulterinos, horrendoſque reliquerunt. Prætereà damnârunt & anathemate confoderunt Origenem & Didymum, & Euagrium, veteres fidelium morbos, qui ſanè homines fabulas in Dei Eccleſiam inferre conati fuerant. Docuerunt enim iſti animas ante corpora extitiſſe, & vnam animam in plura ingredi corpora: quæ quidem opinio impia eſt & execranda, & verè ſolis ipſorum animis digna. Æterni quoque ſupplicij finem fore dixerunt. hoc autem nihil aliud eſt, niſi homines ad omnia peccata atque interitum adhortari. Prætereà dæmonibus priſtinam dignitatem reddiderunt: reuerſuros enim ad ſublimem illam gloriam fingunt, ex quâ deciderunt. Ad hæc reſurrectura cum animis corpora negarunt: nudas enim animas, & corporis expertes reſurrecturas. Quam autem appellent reſurrectionem, nõ video: ſiquidem eſt reſurrectio illius, quod cecidit aut caſurum eſt, non autem illius, quod ſemper manet & non corrumpitur, qualis eſt anima. Nec animaduertunt homines miſeri, quantum nugis ſuis in iuſtum iudicem crimen conferant: ſummam enim illius iniuſtitiam eſſe teſtantur, qui corpora ſimul cum animis in virtutum ſtudiis laborantia, præmiorum priuet ſocietate; contraque corporibus, quę ſimul cum animis peccauerunt, impunitatem cõcedat: atque ita ſociis corporibus excluſis, animas duplici vel ſupplicio vel præmio afficiat. Non ſolùm autem hæc maledicta, ſed etiam illa, quæ paulò antè extiterant, Anthimo Trapezuntio, qui Eutychis opinionem fouebat, & Seuero Petroque Apameenſi & Zoagrâ auctoribus, cum reliquâ illâ ſceleratâ atque multiplici ipſorum manu, ſacer hic Patrum chorus ſuſtulit, anathemateque damnauit, huius ſancti operis duce potiſſimùm Agapeto Romæ Pontifice.

Item Origenes damnatus & Didymus.

Origenis Errores.

Ab Agapeto omnes damnati.

SÆCVLO VII.

ANNO CHRISTI IↃCLXXXI. Baro. 8. An. & Chri. 681

Monothelitarum hæreſes. 37. Monothelitæ *mala ſoboles Eutychianorum, vt ſub melle propinarent venenum, iactitabant ſe defenſores Concilij Chalcedonenſis, cùm interim aſtu hæretico, & ſerpentinâ callıditate, vnam dicerent in Chriſto voluntatem eſſe & vnam operationem. Cæpit* Baron. 8. Annal an. Chri. 633. *hæc hæreſis Honorio Pontifice, Heraclio Imperatore, Cyro Alexandrino Epiſcopo auctore; aduerſus quam complura celebrata Concilia fuerunt. Primum Lateranenſe Martino I. Pontifice iubente, qui* To. 1. Cõc. *hæreſin cum ſuis auctoribus damnauit Nouiſſimè, ſancta Synodus* 848. c. 11. & ſeq. *Oecumenica VI. Conſtantinopolitana III. Imperatore Conſtantino Pogonato, Agathone Pontifice Romano indicente in Trullo, loco in* *alij 289. *Palatio Imperatoris, coacta eſt * CLXX. Epiſcoporum, vnanimi* Phot. de 7. Oecu Cõc. *decreto, ſubſcriptione, acclamatione, Romani Pontificis Legatis præſidentibus, peſtiferam hæreſin condemnantium. Breuibus rei ſummam exſcribam ex Photio Patriarchâ Conſtantinopolitano.*

38. Sanctum & Oecumenicum Sextum Concilium, ſibi quoque in vrbium reginâ arcanorum Eccleſiæ ſpectaculorum theatrum elegit. Centum autem & ſeptuaginta diuinis *Damnata in Concil. Conſtantinop III. Oecum. VI.* viris fultum, in certamen ingrediens pietatem & religionem ſplendidè victricem demonſtrauit. In hoc qui præeſſent, iudicati ſunt digni, Georgius regiæ ipſius ciuitatis Antiſtes, & Theodorus & Georgius in presbyterij dignitate conſtituti, vnà cum Ioanne Diacono, qui Agathonis Sanctiſſimi Papæ Romani loco, in eorum qui præerant ordine numerati ſunt; & magnæ ciuitatis Alexandriæ Sedis locum Petrus monachus impleuit: cum quibus & Georgius monachus ac presbyter in gradum pontificiæ ſedis Hieroſolymorum aſcendit. Hi ſimul cum aliis ſacris ſanctiſque patribus, Sergium, Pyrrhum, Paulum Conſtantinopolitanos, Cyrumque Alexandrinum, & Theodorum Pharenſem, qui mutuam mendacij cathenam conficiebant; nec non & Macarium Antiochenum, ſimul cum Stephano hęreſis diſcipulo, & miſero quodam ſene, qui Polychronius vocabatur, cum ſuperioribus conſentiente, & illorum impietatem defendente

dente, meritò condemnârunt: quoniam in Chriſto vero Deo noſtro, qui duas habet naturas, impiè abſurdeq́ue vnam tantùm eſſe voluntatem & vnam actionem audebāt affirmare. Nec illud, quod ad intelligendum facile ac *Damnationis iuſtæ cauſſa.* promptum eſt, animaduertebant homines imperiti, non eiuſdem actionis eſſe claudum auctoritate propriâ curare, & itineris laborem ſentire; cæcos illuminare, & digitorum operâ terram ſputo commiſcere, lutumq́ue conficere atque oculis imponere; mortuum ſuſcitare, & ſuper mortuum lachrymari. Itemq́ue non eiuſdem eſſe voluntatis deprecari, vt mortis calix tranſeat, ipſumq́ue turſus gloriam appellare, & quod noluerat, velle. nec intelligebant ex ipſorum opinione ſequi, duas in Chriſto naturas non eſſe. Omnis enim natura actionis eſt fons, & diuerſis actionibus diuerſæ reſpondent voluntates. Quare ſi, vt ipſi falsò opinantur, vna eſt actio atque vna voluntas: & natura nimirum vna eſt, ex quâ illæ proficiſcuntur. Quòd ſi duæ naturæ ſunt (nondum enim eò progreſſi ſunt, vt hoc negent) cùm in oculis habeant diſperſionem, & interitum eorum, qui illius erroris auctores fuerunt; qui fieri poterit, vt vtraque illarum propriam non effundat actionem ac voluntatem? Verùm & iſti, cùm falſę opinioni ſuæ nihil anteponerent, æterno damnati ſunt anathemate. Et ille ſanctorum Patrum cœtus, vt duas in vno Chriſto naturas, ita duas in eodem naturales voluntates, & duas actiones omnibus Eccleſiis rectè confitendas, prædicandaſq́ue cenſuit.

Pho:.ind. 39. Conſtantinus autem Heraclij nepos tunc auitam Imperij ſortem ſuſcepiſſe ſe declarauit, cùm & aliis in rebus faueret Concilio, & rectam Eccleſiæ ſententiam comprobaret: *cuius hoc inter alia Scriptum Imperatore dignum legitur*; To.2.Cõc. in epiſt. ad Synodum. Omnes conſonanter mente & linguâ concredimus, & ſimiliter confeſſi ſumus, & tamquam ipſius diuini Petri vocem, *Vox Petri, vox Rom. Pontificis.* Agathonis relationem ſupermirati ſumus.

SÆCVLO VIII.

ANNO CHRISTI IↃCCLXXXVII.

Baron. 9. An. 5. Chr 787.

40. Iconomachia *barbara hæreſis, & ſtolidus furor, cœpit anno Chriſti ſeptingenteſimo vigeſimo tertio, auctoribus Iudæis & Saracenis: in quorum amentiam tranſuersùm acti nimis multi, tum etiam inter alios Imperatores, duo torui Leones Iſauricus & Armenus, incredibile, quantum intulerint damni reipub. Chriſtianæ: cùm Chriſti & Diuorum imagines deleri immaniter, deturbari, tolli impiè & exuri iuſſiſſent; rebus interim ad interitum, & (quod videmus gemimusque) exitium ſupremum proclinantibus. Non potuit Imperium diu ſtare, vbi Chriſti & ſacræ Sanctorum imagines, ab omni æuo in pium vſum receptæ, diro fuére furore proſtratæ. Varia contra Iconoclaſtas à ſummis Pontificibus, à Synodis compluribus agitata: demùm Conſtantino Imperatore petente, Adriano I. Pontifice conſentiente, indicta ſeptima Synodus Oecumenica Nicena II., quá trecenti quinquaginta, vt communis fert opinio; ſiue, ex Photij & aliorum mente, trecenti ſexaginta ſeptem Epiſcopi coëuntes, barbaram illam & inhumanam prorſus hæreſin vnanimiter perenni anathemate mulctatam, conculcauerunt. Atque hic quoque referre operæpretium fuerit, quæ Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus poſteritati reliquit.*

Iconomachia Iudæos & Saracenos habuit auctores.

Nota, nota.

41. Sanctum & Oecumenicum ſeptimum Concilium, Niceam ſibi quoque Bithiniæ delegit, in quâ & anteà rectorum dogmatum iudicium fuerat. Trecenti & ſexaginta ſeptem interfuerunt Epiſcopi, qui ſacræ magnæque phalangis ſuæ ordinum duces ac præſides conſtituerunt Tharaſium inter Epiſcopos celeberrimum, (diuinus hic vir atque optimus erat, ac dignus, vt ſi quis alius, ſacra regiæ ciuitatis gubernacula tractaret) & Petrum religioſiſſimum Protopresbyterum Eccleſiæ Romanæ, & alterum Petrum presbyterum, ipſum quoque & illius manſionis præfectum ſancti Sabæ. Hi Sedis Apoſtolicæ ſortiti ſunt locum, Adriano tunc pontificiam dignitatem obtinente. & Ioannem ac Thomam ſingulari viuendi ratione celebres, & ſacro honore inſignes, & totius Orientes diœceſes Apoſtolicarum magnarumque ſedium

Concilium Nicenũ II. Oecu. VII.

To. 1. Cõc. de 7. Oecu. Conc.

In quo legati Rom. Pontif.

ſedium gubernantes, nempe Apollinarij, & Theodoriti, & Eliæ, quorum primus Alexandriæ, alter Antiochiæ, tertius Hieroſolymorum erat antiſtes. Tunc Conſtantinus & Irene rectè de Religione ſentientes, & pietatis gloriâ coronati, Imperij Romani purpuram induebant.

42. Hoc ſacrum magnumque Concilium, recèns patefactam & barbaram hæreſin, quæ ab impiis & execrandis hominibus parta erat, diuinâ communique ſententiâ ſimul cum ipſius auctoribus condemnauit. Infelices enim homines iſti, verbis non confitentes ſe Chriſto vero Deo noſtro maledicere, factis in eum omnia maledicta & linguæ petulantiam congeſſerunt. Cumque illum ſine medio & ſine aliquo velo contumeliâ afficere non auderent, per venerandam imaginem omnem Chriſto inimicæ mentis cupiditatem expleuerunt. Adorandam enim Chriſti imaginem, per quam idolorum error excluditur (proh nefarium atque impiæ linguæ cogitationiſque ſonum!) idolum appellauerunt, & omnibus ipſam ignominiis afficientes, & per plateas ac vias publicas trahentes, & pedibus conculcantes, in ignem coniecerunt; ſpectaculum Chriſtianis hominibus miſerandum, & ſolâ Chriſti hoſtium impietate dignum. Eadem & in reliquas ſacras imagines contulerunt; cùm celeribus pedibus ſanguinem funderent, diriſque manibus & impuris labris petulantiam exercerent, nec vllam tanti furoris atque dementiæ ſatietatem caperent homines peſſimi, ſacras Chriſtianorum notas & effigies, non minùs, quàm ſi gentium eſſent abominationes, imò verò magis, publicè deteſtabantur. Ex quo bellum grauiſſimum aduerſus Chriſtum & Sanctos eius commouebatur.

Barbaram hæreſin damnauerunt.

In imagines Chriſti & Diuorum impietas eius.

43. Omnibus enim perſpicuum eſt, honorem imaginibus habitum ad eos tranſire, quos illæ referunt. Verùm iſti, noua Iudæorum Chriſti hoſtium progenies, dum Chriſti atque Sanctorum eius imagines afficiunt contumeliâ, ea perficiunt, in quibus patres ipſorum defecerunt: irruunt enim in facinora Iudæorum, ſingularique alacritate patres ſuos ſuperare conantur. Et dum non audent in medio

Quarũ honor tranſit ad eos, quos repræſentant.

Chri-

Chriſtianorum labris etiam Chriſtum abnegare, in eumdem ipſum Iudaicum paternumq́ue zelum deprehenduntur incidere, & adulterinam hanc etiam oſtendũt imitationem.nec vllo conſiſtunt loco,ſed tamquam veneno hæreſis ebrij, huc illuc iactantur & ruunt. Chriſtianos enim ſe eſſe profitentur;& aduerſus Chriſtum debacchantur. Iudæos appellari ſe nolunt: & imagines oppugnantes, zelum ipſorum Chriſto inimicum imitantur & ſuperant. Idololatriæ nomen vitant; & ſe in ipſos Chriſtianos, diuinaq́ue Chriſtianorum ſanctaq́ue myſteria nihilo idololatris leniores præbent.

44. Quamobrem ſanctum & Oecumenicum Concilium, eos qui adulteræ iſtius & multis ſeminibus commiſtę opinionis ignobilitatem fugere noluerũt,tamquam nothos, & à fidelium nobilitate alienos, inſolubilibus anathematis vinculis conſtringendos iudicauit.Imaginem autem Chriſti veri Dei noſtri,ex Apoſtolorum & Sanctorum Patrum traditionibus, & ſanctorum Oraculorum teſtimoniis,ad honorem & venerationem illius quem ipſa refert,adorandam atque colendam ſuffragiis omnibus cenſuit & confirmauit: cùm adoratio nimirum atque honor adhibeatur eodem modo, quo in aliis ſacris notis & formis ſanctiſſimæ latriæ vtimur. Neque enim in illis conſiſtimus, honoremq́ue & adorationem concludimus, neque ad alios diuerſos ac varios fines diſtrahimur: ſed per diuerſum & ſingularem ipſorum cultum & adorationem, quæ cernitur, ſacrâ conuenientiq́ue ac minimâ diuiſâ ratione animos noſtros ad indiuiſibilem illam,ſingularemq́ue atque vnicam diuinitatem dirigimus. Sic venerabilem crucem adoramus, in quâ Domini corpus extenſum eſt, & ſanguis ille, quo mundus vniuerſus purgatus eſt, emanauit, & ligni natura illius fluxibus irrigata pro morte vitam perpetuam tulit. Sic crucis ſignum adoramus, quo dæmonum agmina fugantur & varij curantur morbi: cùm ſemel in ipſo exemplari gratia & virtus exhibita ſit, & vſque ad exempla ſimilis vis ſeſe diffundat.

Honorãda ex Apoſtolorum & Patrum traditione.

45. Hæc

45. Hæc igitur ſingula, nempe Chriſti imaginem & ipſam Crucem, crucíſque notam cultu adorationeq́ue proſequentes, honorem & adorationem non in ipſis concludimus; ſed ad eum dirigimus, qui propter incredibiles diuitias amoris erga nos factus eſt homo, & mortem pro nobis pertulit cõtumelioſam. Sic & Sanctorum templa & ſepulchra, & reliquias, ex quibus morborum curationes emanant, fideliter adoramus, Chriſtum verum Deum noſtrum, qui gloriâ ipſos affecit, collaudantes & celebrantes. Et ſi quid his in myſticis & ſanctis noſtris ſacrificiis ſimile eſt, per munus & gratiam in illis exhibitam, præcipuum auctorem & principem cauſam agnoſcimus & commendamus. Quapropter & diuinus ac ſanctus ille beatorum atque ſacrorum virorum cœtus, non ſolùm imaginem Chriſti, quemadmodum diximus, verumetiam immaculatiſſimæ ſemperq́ue Virginis Mariæ, & Dominæ noſtræ Dei genitricis, & ſacras Sanctorum omnium imagines, pro ratione excellentiæ & ſanctitatis exemplarium, colendas & adorandas communium oraculorum decretis conſtituit & confirmauit. Per ipſas enim ad præſentiam quodammodo, atq; congreſſum, animi ducimus intentionem; & per hanc diuinâ naturámque ſuperante coniunctione copulamur cum illo, qui ſummus eſt rerum expetendarum. Hæc igitur ſapienter diuinéque ſeptimum illud Concilium decreuit, atque cõſtituit. quo quidem facto omnem hæreticam peſtem ac turpitudinem à grege ratione prædito depulit: vno animo, *communibus votis, eâdem voce in aduerſarios, nouos illos Iudæos & Saracenos, ſacro illo ſanctorum cœtu Anathema conclamante;* *Nota rationem honoris.* *Damnati Iconoclaſtæ*

Act 7. Conc. 7. Nic. 2. to. 3 46. Omnes ſic credimus, omnes idem ſapimus, omnes approbantes ſubſcripſimus. Hæc eſt fides Apoſtolorum; hæc eſt fides Patrum, hæc eſt fides Orthodoxorum; hæc fides orbem terrarum confirmauit. Credentes in vnũm Deum in Trinitate laudatum, venerandas imagines amplexamur. Qui ſecùs agunt, anathemate percelluntor: qui ſic non ſentiunt, ab Eccleſiâ depelluntor. Nos antiquæ Eccleſiæ legiſlationi inſiſtimus; nos decreta Patrum cuſto- *Nota, nota, anathematiſmos.*

V dimus;

dimus; nos adiicientes aliquid aut auferentes Eccleſiæ, anathematizamus; nos venerandas imagines ſuſcipimus; nos, qui ſecùs faxint, anathemate percellimus. Quicunque ſententias ſacræ Scripturæ de idolis contra venerandas imagines adducunt, anathema. Qui venerandas imagines idola appellant, anathema. Qui dicunt, quod imagines Chriſtiani vt Deos adorent, anathema. Qui ſcientes communicant cum illis, qui contra imagines ſentiunt, aut eas dehoneſtant, anathema. Qui præter Chriſtum Dominum Deum noſtrum dixerit alium nos à cultu idolorum liberaſſe, anathema. Qui audet Eccleſiam Catholicam dicere idola aliquando ſuſcepiſſe, Anathema.

SÆCVLO IX.

ANNO CHRISTI IↃCCCLXIX.

Photius vſurpator ſedis Conſtantinopoli.

47. Photius *laicus neophitus non intrans per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendens aliunde, quomodo fur & latro, pulſo Ignatio Patriarchâ, contra morem Eccleſiæ Sedem vſurpauit Conſtantinopolitanam. Quapropter ſancta & Oecumenica Synodus VIII. Conſtantinopolitana IV. trecentorum, eoque ampliùs, Epiſcoporum, præſentibus Adriani Secundi Romani Pontificis Legatis, confirmatâ ſeptimâ Synodo Oecumenicâ aduerſus Iconoclaſtas, etiam in hunc modum pro ſuâ poteſtate fulminauit, ex producto libello* à ſanctâ Romanorum Eccleſiâ miſſo, & lecto audiente totâ Synodo, cuius ſumma eſt: Act.1. Cõ. 8. Oecum. tom.3.

Damnatus à Concil. Conſtantinop. IV. Oecum. VIII.

48. Anathematizamus omnes hæreſes ſimul cum Iconomachis. Anathematizamus etiam Photium, qui contra ſacras regulas & ſanctorum Pontificum Romanorum veneranda decreta, repètè de curiali adminiſtratione ſeculariq́ue militiâ ſublatus, ſuperſtite Ignatio Patriarchâ, in Conſtantinopolitanâ eſt peruaſoriè, imò tyrannicè, à quibuſdam ſchiſmaticis, vel anathematizatis, atque depoſitis, inſtitutus Eccleſiâ; donec Sedis Apoſtolicæ ſanctionibus inobediens perſeuerans, eius ſententiam tam de ſe, quàm de Patriarchâ, noſtro Ignatio ſpreuerit; & cõciliabuli acta, quod ſe auctore contra Sedis Apoſtolicæ...congregatum eſt, anathematizare diſtu-

diſtulerit. *Atque hanc Apoſtolicam cenſuram tota Synodus huiuſmodi verbis comprobauit:*

Can.6. Ind. 49. Anathematizamus Photium: primò, propter nequiſſimam inuaſionem Eccleſiæ Cōſtantinopolitanæ cum aliis malis operibus ſuis. Secundò, propter inuentionem falſorum Vicariorum. Tertiò, propter concilium vanitatis, quod celebrare tentauit. Quartò, propter crimina, quæ falsò contra ſanctiſſimum Papam Nicolaum in ſuo conciliabulo propoſuit.

SÆCVLO X.

Cic. Lęl. 50. *Rectè cæca fortuna pingitur, quia verè talis.* Nec ſolùm ipſa cæca eſt, ſed etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa eſt. Itaque illi efferuntur faſtidio ferè & contumaciâ: neque quidquam inſipiente fortunato intolerabilius fieri poteſt. *Germani beneficio Sedis Apoſtolicæ ad Summum Imperium ſublati, fortunâ ſuâ abuſi, Sedem Apoſtolicam velut captiuam & ancillantem habuêre, quæ omni iure libera eſt & omnibus præſtās. Sed Imperatores, ſublatis legitimis electionibus, pro libitu, aut pecuniâ, ſiue pactionibus quibuſdam, quos volebant, Pontifices dabant, mouebantque. At prorſus indignum, vbi, qui debet parêre, audeat imperare. Nā conſtat debere ſacris imperia ſeruire; tūc quoque feliciùs ſubiectos populos rectura, ſi ordinationi diuinæ benè & conſtanter fuerint famulata. Chriſtus Deus & Dominus omnium, officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit; iſtum ſacris, hunc ciuilibus rebus tractandis præfecit: ne iſte militans Deo, negotiis ſæcularibus implicaretur; hic, qui negotiis ſæcularibus eſſet implicatus, ne rebus diuinis præſidere videretur. Inclinauit hoc æuo Imperium Germanicum, illicitè vſurpans officium alienum: & fuit infeliciùs Sacerdotium ſummum, cùm obnoxij Principibus Pontifices nimium ſuſpicerent Imperiū humanum. Sed tandem tamen emerſit ſe ex iſtâ preſſâ ſeruitute virtus & fortitudo ſequentium Pontificum, ius, ſplendorem, & auctoritatem recuperantium, diuino fauore Romanæ & Apoſtolicæ Sedi tributam; quod ex his, quæ ſuprà diximus, in parte lector beniuolus videre poteſt, plura etiam conſequenter viſurus. Ceterùm hoc ſæculo nihil materiæ noſtræ & propoſito conſentaneum eſt, quod aſſcribam.*

Fortuna cæca eſt.

Nota officia poteſtatum diſcreta.

SÆCVLO XI.

ANNO CHRISTI MLII. & ſeq.

Berĕgarius pater hæreticorum noſtrorum.

51. Berengarius *ex Archidiacono Andegauenſi factus pſeudo-propheta, immundo ore* Spiritus tres immundos *euomens, principales æui noſtri, Anabaptiſtarum, Sacramentariorum, & Lutheranorum hæreſes præſtruxit. Qui elatus ingenij leuitate*, ea, quorum nouitate omnium corda permoueret atque ad ſe omnium oculos traheret, ſtudioſè perquirens, maluit eſſe ſub aliquâ admiratione hominum hæreticus, quàm ſub oculis Dei viuere Catholicus. Tunc illa, quibus mundanis hominibus (inultè licet) ſemper peccare cupientibus placeret, aperuit; legitima videlicet coniugia, quantum in ipſo erat, deſtruens; & paruulorum baptiſma euertens: ita, vt in altero peſſimis hominibus diabolus per os eius licitè omnibus feminis abutendum eſſe; in altero, caſſato baptiſmate infantiæ, in profundum omnium malorum, vtpote poſtmodum baptizandis, impunè ruere ſuaderet. *Promiſcua & proſtrata libido; & paruulis, quos Chriſtus prohiberi vetat ad ſe venire, inuidere baptiſmum, geminus eſt error Anabaptiſtarum.* Guitm. 1. de ver. cor. Dom. in Euch. — *Anabaptiſtarum.* — Matth. 19. 14.

Sacramentariorum.

52. *Deinde hæreſin Capharnaitarum, quæ Chriſti ætate in Iudæis ſuccreuit, nolentibus credere Saluatori promittenti,* Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vitâ; *manifeſtè propalauit: cùm veritatem dominici corporis negauerit in ter ſanctâ Euchariſtiâ, quod de illo atque ſectatoribus illius Guitmundus teſtatur.* Berengarius & qui eum ſequuntur, aſſeuerant Euchariſtiam Domini non eſſe verè ſubſtantialiterque corpus & ſanguinem Domini: ſed ſolâ voce ſic appellari, pro eo quòd tamquam vmbra & figura ſignificatiua ſit corporis & ſanguinis Domini. *Et hæc eſt hæreſis Sacramentariorum. Ceterùm Leo IX. Pont. Max. cùm aduerſus Berengarium Vercellis Concilium coëgiſſet, eius errorem ex omnium ſententiâ condemnauit cum vniuerſis ſectatoribus, ipſum Berengarium, niſi ad Eccleſiam rediret, perpetuo feriens anathemate. Defuncto Leone, & in hæreſi pertinaciter Berengario durante, apud Turones Victore II. Pontifice rurſum congregata Synodus; vbi conuictus quidem eſt Beren-* Ioan. 6. 52. — Vbi ſup. — To. 3. Cõc. — *Berĕgarius ſæpè damnatus.*

Berengarius, ſed non correctus. Quapropter, cùm etiã Berengarius multos ſecum in errorem & perniciem præcipitaret, Nicolaus II. Pont. Max. Concilium CXIII. Epiſcoporum Romæ adunauit: in quo hæreſeos conuicti, hæreſin abiurantis audita eſt

Palinodia Berengarij prior:

An. 1059. circiter. De cõſec. diſt. 2. Ego Berengarius.

53. Ego Berengarius indignus Diaconus eccleſiæ S. Mauritij Andegauenſis, cognoſcens veram, Catholicam & Apoſtolicam fidem, anathematizo omnem hæreſin, præcipuè eam, de quâ hactenus infamatus ſum: quæ aſtruere conatur panem & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem ſolummodo Sacramentum, & non verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe; nec poſſe ſenſualiter, niſi in ſolo Sacramento, manibus Sacerdotum tractari vel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Conſentio autem ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Sedi, & ore & corde profiteor de Sacramentis Dominicæ menſæ eam fidem tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc ſancta Synodus auctoritate Euangelicâ & Apoſtolicâ tenendam tradidit, mihique firmauit. Scilicet, panem & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem non ſolùm Sacramentum, ſed etiam verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe; & ſenſualiter, non ſolùm Sacramento, ſed in veritate manibus Sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri; iurans per ſanctam & homouſion Trinitatem, & per hæc ſacroſancta Chriſti Euangelia. Eos verò, qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus & ſectatoribus ſuis æterno anathemate dignos eſſe pronuntio. Quod ſi ego ipſe aliquando aliquid contra hæc ſentire ac prædicare præſumpſero, ſubiaceam Canonum ſeueritati. Lecto & perlecto ſponte ſubſcripſi.

Hæreſin ſuã damnat ipſe & ſectatores.

54. *At enim miſer Berengarius non diu in veritate ſtetit, paullò pòſt non in eumdem, ſed vicinum dilapſus errorem, quo ſuos perditè imbuebat; de quo rurſus Guitmundus*: Berengariani omnes quidem in hoc conueniunt, quia panis & vinum eſſentialiter non mutantur; ſed, vt extorquere à quibuſdam potui, multùm in hoc differũt: quòd alij nihil omnino de corpore

Vbi ſup. li. 1. De veri. cor. Dom.

Pater item Lutheranorum.

& ſanguine Domini Sacramentis iſtis ineſſe, ſed tantummodo vmbras hæc & figuras eſſe dicunt. alij verò rectis Eccleſię rationibus cedentes, nec tamē à ſtultitiâ recedentes, vt quaſi aliquo modo nobiſcū eſſe videantur, dicunt ibi corpus & ſanguinē Domini reuerà, ſed latenter contineri; &, vt ſumi poſſint, quodammodo (vt ita dixerim) impanari. *Et hæc Lutheranorum eſt opinio. Aduerſus hanc renaſcentem hydrā iterùm Romæ eſt habita Synodus Gregrorio VII. Pontifice, ad quam accitus Berengarius fuit. Quo reſipiſcente, iteratâ hæreſis & erroris abiuratione, certâ verborum formâ à Synodo præſcriptâ, audita eſt*

Altera Berengarij palinodia: An. 1075. Tom. 5. Conc.

55. Ego Berengarius corde credo & ore confiteor, panem & vinum, quæ ponuntur in altari, per myſterium ſacræ orationis, & verba noſtri redemptoris, ſubſtantialiter conuerti in veram & propriam, ac viuificatricem carnem & ſanguinem Ieſu Chriſti Domini noſtri. & poſt conſecrationem (Nota.) eſſe verum corpus, quod natum eſt de Virgine, & quod pro ſalute mundi oblatum in cruce pependit, & quod ſedet ad dexteram Patris. & verum ſanguinem Chriſti, qui de latere eius effuſus eſt; non tantùm per ſignum & virtutem ſacramenti, ſed in proprietate naturæ & veritate ſubſtantiæ; ſicut in hoc breui continetur, & ego legi, & vos intelligitis. nec contra hanc fidem vlteriùs docebo; ſic me Deus adiuuet, & hæc ſacra Euangelia.

Catholicus obiit Berengarius. 56. *Catholicum obiiſſe Berengarium omnium teſtimonio conſtat. Sed quæ dixerit iam moriturus, pretiū eſt exſcribere ex Guillelmo monacho & bibliothecario Malmeſterienſi.* Berengarius planè, quamuis ipſe ſententiā correxerit, omnes quos ex totis terris deprauauerat, cōuertere nequiuit: adeò peſſimū eſt alios exemplo vel verbo à bono infirmare: quia fortaſſis peccatū te grauabit alienum, cùm deletum fuerit tuum. Quod Epiſcopum Carnotenſem Fulbertum (quem Domini mater Maria olim ægrotum lacte mammillarum ſuarum viſa fuit ſanare) prædixiſſe aiunt. Nam cùm in extremis poſitum multi viſitarent, & ædium capacitas vix confluentibus ſufficeret: ille inter oppoſitas cateruas oculo longè rimatus Berengarium (Lib. 3. de geſtis Anglor.)

garium

garium, niſu quo valuit expellendum cenſuit; proteſtatus, immanem dæmonem prope eum conſiſtere, multoſque ad eum ſequendum blandiente manu & illice anhelitu corrumpere. Quin & ipſe Berengarius die Epiphaniorum moriens, gemituque producto recordatus, quot miſeros quondam adoleſcens primo erroris calore ſectâ infeciſſet; *Verba eius ſub mortē.* Hodie, inquit, in die apparitionis ſuæ apparebit mihi Dominus meus Ieſus Chriſtus: propter pœnitentiam, vt ſpero, ad gloriam; vel propter alios, vt timeo, ad pœnam. *Eadem hæc commemorat Vincentius lib 26. Speculi hiſtor. cap. 30.*

57. *Hiſtoriæ & Canones Berengarium erraſſe & reſipuiſſe teſtantur: legitur eius palinodia, & tam à ſe proprius error, quàm ab Eccleſiâ condemnatus. Error eſt cognitus & damnatus. At* *Nota.* *quanta pertinacia, à cognito & damnato errore non velle recedere? quando ſalus ipſa ſuadet conſilium cum re mutare? Itaque pœniteat cum Berengario erraſſe: nec pigeat cum illo ſententiam commutare. Decipi, humanæ eſt fragilitatis: in errore durare, diabolicæ prauitatis. Non ſic quibus animæ ſuæ ſalus cordi & curæ eſt. Multo ſalubrius eſt à veritate reuinci, quàm ab errore ſeduci.*

SÆCVLO XII.

ANNO CHRISTI M. CLXXXI.

58. Waldenſes, *qui & Pauperes à Lugduno, auctore VValdone* *VValdenſes* *Lugdunenſi; itē hæretici* Humiles, *Imperatore Frederico Ænobarbo* *Humiles, Pauperes* *irroborauerunt. Humiles illi* humilitatis nomine munia, qui- *Lugdunenſes.* bus curatores animarum Sacerdotes iure funguntur, ſibi arrogabant, confeſſiones arcanas audiebant; ac velut ipſi expiandi ius haberent, noxas ſoluebant. A liberalibus artibus cùm abhorrerent, concionabantur tamen, regimen animarum ſibi vendicabant. Pauperes à Lugduno neque fundos ſui iuris, neque certas ſedes habere volebant, errabant. mulieres iidem profeſſas ſecum circumducebant, nec ſecubare dicebantur. *Sed erit opus hæreſes eorum paullò fuſiùs explicare, non omnes, ſed principales.*

Paul. Aemil. 6. de reg. Franc. Philip. 2.

59. Totum Eccleſiæ ſtatum in capite & membris dam- *Hæreſes eorum.*
nantes,

nantes, docebant Pontifici non obediendum, Canones & Decreta Pontificum reprobantes. Nico. Sād. Lib. 7. de v. ſib. monarc. Eccl.

Nullum docebant ſanguinis iudicium exercendum.

Auctoritatem conficiendi corpus Domini laicis tribuebant, modò iuſti eſſent, cùm ſemel in anno in cænâ Domini conſecrandum dicerent, nec formâ conſuetâ; ſed dicendo Pater noſter, & benedicendo panem & vinum.

Similiter audiendi confeſſiones, & à peccatis abſoluendi poteſtatem laicis à ſolo datam Deo aſſerebant.

Irridebant Indulgentias Eccleſiæ.

Negabant poſt hanc vitam purgatorium eſſe.

Vera miracula in Eccleſiâ fieri item negabant.

Sanctos in cęlo non audire, nõ attendere preces noſtras.

Dies feſtos non obſeruabant, in illis operantes.

Ieiunia Eccleſiæ cõtemnebant, in illis carnes cõedentes.

Vrente carnis libidine omnẽ mixtionem permittebãt.

Salutationem angelicam cum Symbolo Apoſtolorum reiiciebant.

Omne iuramentum dicebant illicitum eſſe. *Et hæc præcipua eorum deliramenta.* Lucius III. Pontifex vtramque ſectam damnauerat: tolli tamen non poterant. Paul. Aemil. l. 6. de reg. Frāc. Phil. II.

Damnata à Rom. Pōt.

SÆCVLO XIII.

ANNO CHRISTI. M. CCXV.

Chron. Onuph. to. 3. Conc.

Albigenſiū hæreſis. 60 Albigenſium *hæreſis, præciſis duobus illis capitibus hydræ iam commemoratis, mox in Comitatu Toloſano, Innocentio III. Rom. Pont. ſuccreuit: quorum impietas quanta fuerit, ex Cæſario Heiſterbachio, qui eodem tempore vixit, referendum.* Lib. 5 illus. mirac. 21. 22.

Duo ſtatuebant cum Manichæo principia, Deum bonum, Deum malum, id eſt, diabolum; quem corpora creare, Deum bonum animas, aſſerebant.

Beneficia à viuis impendi mortuis irridebant.

Adire Eccleſias, ibi orare, nihil dicebant prodeſſe.

Baptiſmum abiiciebant.

Animam ſecundùm meritum per diuerſa tranſire corpora, etiam ſerpentium, ſomniabant.

Sacra-

Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti blaſphema- *Nota.*
bant dicentes, non aliter eſſe corpus Chriſti in pane altaris, quàm in alio pane & in qualibet re.

Sic Deum locutum in Ouidio, ſicut in Auguſtino.

Negabant reſurrectionem corporum, dicentes nihil eſſe paradiſum, neque infernum: ſed qui haberent Dei cognitionem in ſe, quam ipſi habebant, haberent in ſe paradiſum; qui verò mortale peccatum, haberent infernum in ſe, ſicut dentem putridum in ore.

Altaria ſanctis excitari, ſacras imagines thurificari, idololatriam eſſe dicebant.

Qui martyrum oſſa oſculabantur, ſubſannabant.

Jtem nonnulla alia iſti cõmenti ſunt, quæ ſi videre lubet, adeundus
In cap. 3. *erit Cõmentarius noſter ad vitã S. Franciſci. Satis cõfido, non pœnitebit operæ & laboris, ſi non modò aſpicere, ſed inſpicere vacabit.*

Geneb. Chron. 61. *Pontifex igitur Romæ in Laterano Concilium Oecumenicum, omnium quæ in Europâ fuère celeberrimum, habuit; cui ipſe Innocentius Tertius præſedit, Patriarchis duobus Conſtantinopolitano & Hieroſolymitano præſentibus, Archiepiſcopis Græcis Latinis ſeptuaginta, Epiſcopis quadringentis, Prioribus conuentualibus octingentis, Patribus in vniuerſum M. CCLXXXV. Aderant quoque Græci & Romani Jmperij Legati, Regum Hieruſalem, Franciæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Cypri Oratores. atque ita inter* *Damnatur in Concil. Lateran.*

Cõc. Later. ſub Innoc. 3. c. 2. *alia contra errores & hæreſes eſt decretum*: Damnamus & reprobamus libellum ſiue tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra magiſtrum Petrum Lombardum de vnitate ſeu eſſentiâ Trinitatis, appellans ipſum hæreticum & inſanum, &c. Reprobamus etiam & damnamus peruerſiſſimum dogma Almarici, cuius mentem ſic pater mendacij excæcauit, vt eius doctrina non tam hæretica cenſenda ſit,
Ind. cap. 3. quàm inſana. Excommunicamus & anathematizamus omnem hęreſin, extollentem ſe aduerſus hanc ſanctam Orthodoxam Catholicam fidem, quam ſuperiùs expoſuimus; condemnantes vniuerſos hæreticos, quibuſcumque nominibus cenſeantur, facies quidem habentes diuerſas, ſed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate conuenerunt in idipſum.

ANNO CHRISTI M. CCLXXIV. Onuf. Chron.

Græci negãt Spiritũ à Filio procedere. 62. *Græcis hactenus grauiſſimè cum Eccleſiâ Romanâ diſſidentibus, potiſſimùm quòd Spiritum ſanctum negarent à Filio ſicut à Patre procedere, indicta fuit à Gregorio X. Pont. Max. Synodus Oecumenica Lugdunenſis. A Gregorio Pontifice F. Hieronymus ab Aſculo ex Ordine Minorum (propter merita præclara pòſt ad ſummi Pontificatus verticem ſublimatus, dictus Nicolaus IV.) vir apprimè doctus, Conſtantinopolim Legatus miſſus, egit, vt ipſemet* Græcorum Imperator Michael VII. Comnenus Paleologus, Patriarcha Cõſtantinopolitanus, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Legati Græciæ Lugdunum aduentarint frequenti cum Cleri multitudine; in quâ viri eruditiſſimi aderant, quorum vnus fuit Emanuel Calecca, qui luculentis ſcriptis Eccleſiam Catholicam Romanam adiuuit. Intererãt etiam Schytarum Legati. Fuit porrò Concilium frequẽtiſſimum, cùm ex omni Chriſtiano orbe conueniſſent Epiſcopi quingẽti, Abbates ſexaginta, & alij Antiſtites & Sacerdotes mille; & item viri primatij laici innumeri. Actum eſt de grauiſſimis maximiſq; rebus: atque in primis de Hieroſolymâ & Palęſtinâ recuperandâ; de Græcis ad fidem Catholicam reuocandis, & præſertim de Spiritus ſancti proceſſione à Patre & Filio. præterea de multis decretis ad Eccleſiam pertinentibus. Pet. Gales. vita S. Bon. cap. 14.

In Concilio Lugdunenſi Eccleſia Catholicæ coniunguntur. 63. *In Concilio virtus eximia & doctrina ſublimis S. Bonauenturæ, ex Ordine Minorum primi Cardinalis, præluxit: cùm* in ipſo Concilij exorſu delectus ſit, qui concionem haberet, cuius initium fuit; Exurge Hieruſalem, & circumſpice ad Orientem; & vide collectos filios tuos ab Oriente vſque ad Occidentem. *Orationis energia & vis tanta fuit, vt omnium animos præſertim Græcorum, tum maximè Pontificis & Imperatoris, non modò conciliauerit ſibi, ſed etiam effecerit fauore Spiritus ſancti*, vt & Michael Imperator, & Græci Orthodoxam Eccleſiæ Catholicæ Romanæ fidem profiterentur: vt ipſi omnes, tum etiam Latini ſimul Latinè Græceque Symbolum publicè cecinerint ſolemnibus illis vocibus; A Patre Filioque Ind. Bar. 5. 5. Pet. Galeſ. vbi ſup.

Plat. Gregor. X. que procedit. *Ita* Imperator Conſtantinopolitanus tertiâdecimâ vice in ſententiam Romanæ Eccleſiæ Græcos toties Nota. deficientes pertraxit. *Etenim vt vnus Deus, ſic vna fides, Eccleſia vna, vnum ouile: ſic vnius Eccleſiæ, vnius ouilis vnus paſtor, vnius corporis caput vnum eſſe debet.*

Cyp. ep. 40. Deus vnus eſt, & Chriſtus vnus, & vna Eccleſia, & Cathedra vna ſupra Petrum Domini voce fundata. Aliud altare conſtitui, aut Sacerdotium nouum fieri præter vnum Altare & vnum Sacerdotium non poteſt. Quiſquis alibi collegerit, ſpargit. Adulterum eſt, impium eſt, ſacrilegum eſt, quodcumque humano furore inſtituitur, vt diſpoſitio diuina violetur.

SÆCVLO XIV.

ANNO CHRISTI M. CCC. XI.

64. Beguardi & Beguinæ *hoc æuo in Alemanniâ, procurante malorum ſatore operum, exorti ſunt; quorum iſtiuſmodi fuêre hæreres & errores:* Beguardorũ errores.

Lib. 5. Clem. tit. 3. de hær. c. 2. Nolentes j. Quòd homo in vitâ præſenti tantum & talem perfectionis gradum poteſt acquirere, quòd reddetur penitus impeccabilis, & ampliùs in gratiâ proficere nòn valebit: nam (vt dicunt) ſi quis ſemper poſſit proficere, poſſet aliquis Chriſto perfectior inueniri.

ij. Quòd ieiunare non oportet hominem, nec orare, poſtquam gradũ perfectionis huiuſmodi fuerit aſſecutus: quia tunc ſenſualitas eſt ita perfectè ſpiritui & rationi ſubiecta, quòd homo poteſt liberè corpori cõcedere quicquid placet.

iij. Quòd illi, qui ſunt in prædicto gradu perfectionis & ſpiritu libertatis, non ſunt humanæ ſubiecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta Eccleſiæ obliganrur: quia (vt aſſerunt) vbi Spiritus Domini, ibi libertas.

iv. Quòd homo poteſt ita finalem beatitudinem ſecundùm omnem gradum perfectionis in præſenti aſſequi, ſicut eam in vitâ obtinebit beatâ.

v. Quòd quælibet intellectualis natura in ſeipsâ eſt na-

turaliter beata; quodq́ue anima non indiget lumine gloriæ ipſam eleuante ad Deum videndum,& eo beatè fruendum.

vj. Quòd ſe in actibus exercere virtutum, eſt hominis imperfecti; & perfecta anima licentiat à ſe virtutes.

vij. Quòd mulieris oſculum (cùm ad hoc natura non inclinet) eſt peccatum mortale. actus autem carnalis (cùm ad hoc natura inclinet) peccatum non eſt, maximè cùm tentatur exercens.

viij. Quòd in eleuatione corporis Ieſu Chriſti non debent aſſurgere, nec eidem reuerentiam exhibere: aſſerentes, quòd eſſet imperfectionis eiſdem, ſi à puritate & altitudine ſuæ contemplationis tantùm deſcenderent, quòd circa miniſterium ſeu Sacramentum Euchariſtiæ, aut circa paſſionem humanitatis Chriſti aliqua cogitarent. Nonnulla etiam alia ſub ſimulatâ quadam ſanctitatis ſpecie dicunt, faciunt & committunt, quæ oculos diuinæ maieſtatis offendunt, & graue in ſe continent periculum animarum.

Damnati in Conc. Viennenſi. 65. *Itaque* Clemens V. *in Concilio Generali Viennenſi, cui ipſe Pontifex præſidebat, præſentibus tribus Regibus, Franco, Anglo, Tarraconenſi, duobus Patriarchis Alexandrino & Antiocheno, Epiſcopis centum quatuordecim, vel vt alij volunt, trecentis, in hunc modum peſtiferam hæreſin damnauit*; Nos ſacro approbante Concilio ſectam ipſam cum præmiſſis erroribus damnamus & reprobamus omninò; inhibentes diſtrictiùs, ne quis ipſos de cetero teneat, approbet vel defendat. Eos autem, qui ſecus egerint, animaduerſione canonicâ decernimus puniendos. G. Geneb. l. 4. Chronolog. Clem. l. 5. tit. 3. de hær. c. 3. Ad noſtram.

SÆCVLO XV.

ANNO CHRISTI M. CCCC. XV.

Tom. 3. Conc.

Io. VVicleſ hæreſes. 66. Ioannes Wicleff *Anglus, Sacerdos, artium magiſter, anno circiter milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſecundo, Carolo IV. Imperatore, impia dogmata vulgauit: cuius venenum Hieronymus à Praga, illi in Anglia Oxoniæ cùm operam daret, auidiſſimè hauriens, poſteà diſſeminauit Pragæ vnà cum Ioanne Hus, qui ſenſim*

in

in odium Cleri populum pertrahens, commendatâ doctrinâ VVicleſi, ſcripta eius turbulenta, populi fauorem captans, in vulgarem linguam tranſtulit. VViclefi articuli erronei numerantur quadraginta quinque præcipui, quorum illos potiſſimùm aſſcribam, quos æui noſtri nouatores reſumpſerunt; vt ſciant ſe malorum coruorum iſtorum mala oua eſſe.

Cõc. Conſtãt Seſſ. 8. Subſtantia panis & vini materialis manet in Sacramento Altaris. *De S. Euchariſtiâ.*

Accidentia panis non manent ſine ſubiecto in eodem Sacramento.

Chriſtus nõ eſt ibi realiter in propriâ præſentiâ corporali.

Non eſt fundatum in Euangelio, quòd Chriſtus Miſſam ordinauit.

Deus debet obedire diabolo.

Si homo debitè fuerit contritus, omnis confeſſio exterior eſt ſuperflua.

Cõtra Scripturam eſt, Eccleſiaſticos habere poſſeſſiones.

Domini temporales poſſunt pro arbitrio ab Eccleſiâ auferre bona temporalia poſſeſſoribus delinquentibus.

Peccant fundantes clauſtra, & ingredientes ſunt viri diabolici. *De religioſis.*

Sancti inſtituentes religiones priuatas, ſic inſtituendo peccauerunt.

Religioſi viuentes in religionibus priuatis non ſunt de religione Chriſtianâ. Omnes de Ordine mendicantiũ ſunt hæretici.

Omnia de neceſſitate abſolutâ proueniunt.

Confirmatio iuuenum, Clericorum ordinatio, locorum conſecratio, reſeruantur Papæ & Epiſcopis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.

Excommunicatio Papæ, vel cuiuſcunque Prælati, non eſt timenda: quia eſt cenſura Antichriſti.

Papa cũ omnibus Clericis poſſeſſionem habentibus ſunt hæretici, quòd poſſeſſionem habent, & conſentientes eis.

Imperator & domini ſæculares ſeducti ſunt à diabolo, vt Eccleſiam dotarent bonis temporalibus. *De Roma. Eccleſiâ & Pontifice.*

Eccleſia Romana eſt Synagoga Satanæ.

Papa nõ eſt immediatus Vicarius Chriſti & Apoſtolorũ.
Electio Papæ à Cardinalibus per diabolũ eſt introducta.
Fatuum eſt credere indulgentiis Papæ & Epiſcoporum.
Omnes religiones indifferẽter introductę ſunt à diabolo.

67. *Tales, imò fœdiores articuli Ioannis Hus; quos recenſos in eiuſdem Concilij Conſtantienſis Seſſione duodecimâ, prætermittere omnes non poſſum, ſed principales exſcribam.*

Ioan. Hus hæreſes. Vnica eſt ſancta vniuerſalis Eccleſia, quæ eſt prædeſtinatorum vniuerſitas.

Paulus numquam fuit membrum diaboli; licet fecerit actus quoſdam actibus Eccleſiæ malignantium conſimiles.

Præſciti non ſunt partes Eccleſiæ; cùm nulla pars eius finaliter excidet: eò, quòd prædeſtinationis charitas, quæ ipſam ligat, non excidit.

De Rom. Pontifice. Petrus non fuit, nec eſt caput ſanctæ Eccleſię Catholicę.

Sacerdotes quomodolibet criminosè viuentes Sacerdotij polluunt poteſtatem.

Papalis dignitas à Cæſare inoleuit.

Romanus Pontifex non eſt caput Romanæ Eccleſiæ.

Nemo gerit vicem Chriſti, vel Petri, niſi ſequatur eum in moribus.

Papa non eſt manifeſtus & verus ſucceſſor Principis Apoſtolorum, ſi viuit moribus contrariis Petro: & ſi quærit auaritiam, tunc eſt vicarius Iudæ.

Cardinales non ſunt manifeſti & veri ſucceſſores collegij aliorum Apoſtolorũ, niſi vixerint more Apoſtolorum.

Doctores ponentes quòd aliquis per cenſuram Eccleſiaſticam emendandus, ſi corrigi noluerit, iudicio ſæculari eſt tradendus, pro certo ſequuntur in hoc Pontifices, Scribas & Phariſæos, qui Chriſtum nolentem eis obedire in omnibus, dicentes; Nobis non licet interficere quemquam; ipſum ſæculari iudicio tradiderunt; eò quòd tales ſunt homicidæ grauiores, quàm Pilatus.

Obedientia Eccleſiaſtica eſt obedientia ſecundùm adinuentionem Sacerdotum Eccleſiæ, præter expreſſam auctoritatem Scripturæ.

Diuiſio

Diuiſio immediatè humanorum operum eſt, quòd ſint vel virtuoſa, vel vitioſa.

Per cenſuras Eccleſiaſticas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ad ſui exaltationem Clerus populum laicalem ſibi ſuppeditat, auaritiam multiplicat, malitiam protegit, & viam præparat Antichriſto. *De cenſuris Eccleſiaſticis.*

Papa non debet dici Sanctiſſimus.

Condemnatio quadraginta quinque articulorum Ioannis Wicleff per Doctores facta, eſt irrationabilis & iniqua.

Non eſt ſcintilla apparentiæ, quòd oporteat eſſe vnicum caput in ſpiritualibus regens Eccleſiam.

Chriſtus ſine talibus capitibus monſtruoſis per ſuos veraces diſcipulos ſparſos per orbem terrarum meliùs ſuam Eccleſiam regularet.

Apoſtoli & fideles ſacerdotes Domini ſtrenuè in neceſſariis ad ſalutem regularunt Eccleſiam, antequam Papæ officium foret introductum: ſic facerent deficiente per ſummè poſſibile Papâ vſque ad diem iudicij.

Nullus eſt dominus ciuilis, nullus eſt prælatus, nullus eſt Epiſcopus, dum eſt in peccato mortali.

68. *Synodus Conſtantienſis Oecumenica, ad quam Imperator Sigiſmundus coïerat, Patriarchæ quatuor, Cardinales viginti nouem, Archiepiſcopi quadraginta ſeptem, Epiſcopi centum ſexaginta; Abbates & Doctores quingenti ſexaginta quatuor, de VVicleff, Sess. 9. Joanne Hus, Hieronymo à Pragá, in hæc verba cenſuit:* Hęc ſancta Synodus declarat, definit & ſententiat eundem Ioannem Wicleff fuiſſe notorium hęreticum, pertinacem, ac in hæreſi deceſſiſſe, anathematizãdo ipſum, pariter & ſuã memoriam condemnando. decernitq́ue & ordinat corpus eius & oſſa (ſi ab aliis fidelium corporibus diſcerni poſſunt) exhumari, & procul ab Eccleſiæ ſepulturâ iactari ſecundũ Canonicas Sess. 15. & legitimas ſanctiones. *Iterùm alibi contra Ioannem Hus;* Chriſti nomine inuocato, hæc ſacroſancta Synodus Conſtantienſis ſolum Deum præ oculis habens, per hanc definitiuam ſententiam, quam profert in his ſcriptis, pronunciat, decernit & declarat, dictum Ioannem Hus fuiſſe & eſſe verum *Damnatur in Concil. Conſtantienſi VVicleff.* *Item Ioannes Hus.*

rum & manifeſtum hęreticum, ipſumq; errores & hæreſes dudum damnatas, & plurima ſcandaloſa piarum aurium offenſiua, temeraria & ſeditioſa dogmatizaſſe, & publicè prædicaſſe in nō modicam offenſionem diuinæ maieſtatis, ac vniuerſalis Eccleſiæ ſcandalum, & fidei Catholicæ detrimentum...Idcircò propter præmiſſa, & alia plura, pręfatum Ioannem Hus hæreticum fuiſſe & eſſe hæc ſancta Synodus pronunciat; & tamquam hæreticum iudicandum & condemnandum fore iudicat, & condemnat per pręſentes. *Quæ Concilij ſententia poſteà comprobatur litteris Martini V. à Synodo in Summum Pontificem electi, diuturno ſchiſmate ſublato, in tres illos hæreticos anathemate fulminato; duobus Ioanne & Hieronymo propter pertinaciam combuſtis.* In fine Concil. Conſt.

Iure illi combuſti.

69. *At hîc coaxant ranunculi è cauernulis*; Huſſio & Hieronymo fregerunt fidem, inquiunt. Qui? Conſtantienſis Concilij proceres. Falſum eſt: nullam enim dedêre. Sed nec in Huſſium tamen animaduerſum fuiſſet, nisi homo perfidioſus & peſtilens retractus ex fugâ, quam ei Sigiſmundus Imperator periculo capitis interdixerat, violatis etiam conditionibus, quas ſcripto pepigerat cum Cęſare, vim omnem illius diplomatis eneruaſſet. Fefellit Huſſium præcipitata malitia. Iuſſus enim, cùm barbaras in ſuâ Boemiâ tragœdias excitaſſet, ſemetipſum ſiſtere Conſtantiæ; deſpexit prærogatiuam Concilij. ſecuritatem petiit à Cæſare, Cæſar obſignauit, Chriſtianus orbis reſignauit maior Cæſare. redire ad mentē hęreſiarcha noluit, periit. Hieronymus verò Pragenſis furtim venit Conſtantiâ, protectus à nemine, deprehenſus cōparuit, perorauit, habitus eſt perbenignè. Liber abiit quò voluit. ſanatus eſt, hæreſin eiurauit: relapſus eſt, exuſtus eſt. Edm. Cāp. rat. 4.

ANNO CHRISTI M. CCCCXXXIX.

Græci rurſum diſſidēt cum Eccleſiâ.

70. *Græcis rurſum cum Eccleſiâ Romanâ propter nonnullos articulos Catholicam fidem concernentes, tum etiam propter primatum diſſidentibus, Florentiæ Concilium Oecumenicum celebratum eſt, Eugenio IV. Pont. Max., item Ioanne Paleologo Græcorum Imperatore, Ioſepho Patriarchâ Conſtātinopolitano, multiſq; Græcorum,*

corum Latinorumque Cardinalibus, & Epiſcopis præſentibus.
Plat. Euge-nio IV. Habito ſæpiùs conuentu, diſcuſſaque Græcorum & Latinorum contentione; tandem eò ventum eſt, vt Græci rationibus victi faterentur, Spiritum Sanctum à Patre, Filioque procedere, homouſionque eſſe: non à Patre tantùm, vt ipſi credebant, prouenire. Vtque in azymo ſine fermento, triticeo pane corpus Chriſti conſecraretur; ac purgatorij locum eſſe crederent. Poſtremò verò, vt faterentur Romanum Pontificem verum Chriſti Vicarium, Petrique legitimum ſucceſſorem, primum in orbe locum tenere; cui & Orientalis & Occidentalis Eccleſia meritò parêret. *In Concilio Florentino Eccleſia conſentiūt.* Abeuntibus autem Græcis re hoc modo compoſitâ, Armenij etiam cum fide noſtrâ conuenêre, ſublatis crebris diſputationibus eorum erroribus; promulgatiſque Eugenij litteris ſuper eâ re, quæ rationem concordiæ oſtenderent, cum inſcriptione; Datum in ſacroſancti Oecumenici Concilij Florentini, quod in Cathedrali eccleſiâ habitum eſt, ſeſſione; anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo nono, vigeſimâ ſecundâ Nouembris die. *In hâc Synodo, quàm præclarè Ioſephus Patriarcha Conſtantinopolitanus ſub mortem ſuam, ſcripto Romani Pontificis ſummam ſuper omnes auctoritatem conteſtatus ſit; etiam Vicarium Chriſti Patrem Patrum publicè profeſſus, ſuprà à nobis præſcriptum eſt.* Præſcrip. 9. §. 11.

SÆCVLO XVI.

ANNO CHRISTI M. IↃ. XX.

Epiſt. ad Conrar. Cocleniū. 71. Martinus Lutherus, *quem Eraſmus Roterodamus* ex ipſius ſcriptis deprehendit virum eſſe ſceleratiſſimum; *ſæculo noſtro ex Catholico Monacho factus deſertor hæreticus, gnauiter imitatus omnium hæreticorum patrem Simonem Magum dicentem ſe Summam Dei virtutem eſſe; à nimio pretio ſui ſe prædicabat Euangeliſtam Domini; appellatus ab eius aſſeclis, Elias, aduentum Domini præcurſurus. Incubo natum fama eſt: vt mirum non ſit diabolo gratum familiaremque fuiſſe.* In libro quem inſcripſit de Miſsâ angulari, quem habuerit auctorem doctrinæ ſuæ, non obſcurè fert. Inducit enim ibi diabolum ſecum diſpu- *Martinus Lutherus ſceleratiſſimus.* Cochlæ. in vitâ Lu[t]. dia. 1. Dub. Hoſ. 1. de hæreſ. & Lind. Dub. dial. 1.

Diabolum habuit doctrinæ ſuæ magiſtrũ.

tantem, ac fortiora contra Miſſam argumenta proferentem, quàm quæ refelli à ſe potuerunt. Cuius etiam vocem inibi deſcribit, quòd ea grauis & robuſta ſit, tamque terribiliter inſonet, vt vſu quandoque eueniat, quòd poſt collationem cum dæmone nocturnam homines poſtridie mortui reperiantur: nam & corpus, inquit, occidere poteſt. deinde verò animam ita reddit anxiam, vt in vno momento quandoq; neceſſe habeat è corpore migrare; quod ſæpè ſibi quoque ipſi propemodum accidiſſe ſcribit, quin & accidit ad extremum. *Impudenter fatetur ſe* non vnum fruſtum, ſed multum ſalis cum diabolo, *imò* plus vno ſalis modio ſimul comediſſe. *proinde* ſe multa cum eo communicaſſe, ipſoque magiſtro didiciſſe; præſertim Miſſam non eſſe ſacrificium; neque ſub vnâ ſpecie communicandum; nec aliquid credendum, quod non ſit ſcriptum in libris diuinis. *Item ſcribit* confeſſum coram diabolo ſe peccaſſe, quòd Miſſam celebraſſet. *quinetiam*, Non ſe amaſſe Deum, imò odiſſe iuſtum, & peccatores punientem. *ac tandem in diſputatione Lipſiæ eius blaſphema vox audita eſt, imò monſtrũ furiale*; Non propter Deũ hæc res cœpta eſt, neque propter Deum finietur. *Quæ cùm ita ſe habeant; quis dubitare poteſt Lutherum de grege illorum eſſe,* qui in nouiſſimis temporibus diſcedent à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquentium mendacium? *adeoque ipſum impia, hæretica, auctore & magiſtro diabolo, dogmata diabolica induxiſſe?*

Cum quo multum ſalis comedit. — Laur. Sur. Lind. Dub. dial. 1. Sand. l. 7. Alan. Cop. d. 6.

Sand. vbi ſup.

Præfat. to. 1. operum eius.

Impia eius vox.

1. Tim. 4. 1

72. *Oportet præcipuos errores eius hîc commemorare, & quidem ex Bullâ Apoſtolicâ Leonis X. Pont. Maximi.* Tom. 4. Concil.

Hæreſes eius principales.

Hæretica ſententia eſt, ſed vſitata, Sacramenta nouę legis iuſtificantem gratiam illis dare, qui non ponunt obicem.

In puero poſt Baptiſmum negare remanens peccatum, eſt Paullum & Chriſtum ſimul conculcare.

Fomes peccati, etiamſi nullum adſit actuale peccatum, moratur exeuntem à corpore animam ab ingreſſu cæli. Imperfecta charitas morituri fert ſecum neceſſariò magnum timorem, qui ſe ſolo ſatis magnus eſt facere pœnam purgatorij, & impedit introitum regni.

Tres

Tres eſſe partes pœnitentiæ, Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem, non eſt fundatum in ſacrâ Scripturâ, nec in antiquis doctoribus. *De pœnitentia & confeſſione.*

Contritio quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem, & deteſtationem peccatorum, &c. facit hypocritam, imò magis peccatorem.

De cetero non facere, ſumma pœnitentia: optima pœnitentia, noua vita.

Nullo modo præſumas confiteri peccata venialia, ſed nec omnia mortalia: quia impoſſibile, vt omnia mortalia cognoſcas. vnde in primitiuâ Eccleſiâ ſolùm manifeſta mortalia confitebantur.

Dum volumus omnia confiteri, miſericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoſcendum.

Peccata non ſunt remiſſa, niſi remittente Sacerdote credat ſibi remitti. oportet credere peccatum eſſe remiſſum. *De abſolutione.*

Non confidas te abſolui propter contritionem, ſed propter verbum Chriſti; Quodcunque ſolueris, &c. & crede fortiter te abſolutum, quicquid ſit de contritione.

Si per impoſſibile confeſſus non eſſet contritus, aut Sacerdos non ſeriò ſed iocò abſolueret; ſi tamen credat ſe abſolutum, veriſſimè eſt abſolutus.

In Sacramento pœnitentię, ac remiſſione culpę, non plus facit Papa aut Epiſcopus, quàm infimus Sacerdos: imò vbi non eſt Sacerdos, æquè tantùm quilibet Chriſtianus, etiamſi mulier, aut puer eſſet. Nullus debet Sacerdoti reſpondere ſe eſſe contritum, nec Sacerdos requirere.

Magnus eſt error eorum, qui ad Sacramenta Euchariſtiæ accedunt, huic innixi, quòd ſunt confeſſi, quòd non ſunt ſibi conſcij alicuius peccati mortalis; quòd præmiſerint orationes ſuas & præparatoria; omnes illi ad iudicium ſibi manducant & bibunt. Sed ſi credant, & confidant ſe gratiam ibi conſecuturos, hæc ſola fides facit eos puros & dignos. *De ſacrâ, & dignâ communione.*

Conſultum videtur, quòd Eccleſia in communi Concilio ſtatueret laicos ſub vtraque ſpecie communicandos. Nec Bohemi communicantes ſub vtraque ſpecie ſunt hæretici, ſed ſchiſmatici.

De indulgentiis. Theſauri Eccleſiæ, vnde Papa dat Indulgentias, non ſunt merita Chriſti & Sanctorum.

Indulgentiæ ſunt piæ fraudes fidelium, & remiſſiones bonorum operum. & ſunt de numero eorum, quæ licent, non quæ expediunt.

Indulgentiæ his qui veraciter eas conſequuntur, non valent ad remiſſionem pœnæ pro peccatis actualibus debitæ apud diuinam iuſtitiam.

Seducuntur credentes Indulgentias eſſe ſalutares, & ad fructum ſpiritus vtiles. Sunt neceſſariæ ſolùm publicis criminibus; & propriè conceduntur duris ſolummodò, & impatientibus.

Sex generibus hominum Indulgentiæ nec ſunt neceſſariæ, nec vtiles: videlicet mortuis, ſeu morituris, infirmis, legitimè impeditis; his qui non commiſerunt crimina; his qui crimina commiſerunt, ſed non publica; his qui meliora operantur.

De excommunicatione. Excommunicationes ſunt tantùm externæ pœnæ; nec priuant hominem communibus ſpiritualibus Eccleſiæ orationibus.

Docendi ſunt Chriſtiani, plus diligere excommunicationem, quàm timere.

De Rom. Pontifice. Romanus Pontifex Petri ſucceſſor, non eſt Chriſti Vicarius ſuper omnes totius mundi Eccleſias ab ipſo Chriſto in beato Petro inſtitutus.

Verbum Chriſti ad Petrum, Quodcunque ſolueris; extenditur duntaxat ad ligata ab ipſo Petro.

Certum eſt in manu Eccleſiæ aut Papæ prorſus non eſſe, ſtatuere articulos fidei, imò nec leges morum, ſeu bonorum operum.

Si Papa cum magnâ parte Eccleſiæ ſic, vel ſic ſentiret, nec etiam erraret; adhuc non eſt peccatum aut hæreſis contrarium ſentire, præſertim in re non neceſſariâ ad ſalutem; *De Conciliis.* donec fuerit per Concilium vniuerſale alterum reprobatum, alterum approbatum.

Via nobis facta eſt eneruandi auctoritatẽ Conciliorum, & liberè contradicendi eorũ geſtis, & iudicandi eorum decreta,

creta, & confidenter confitendi, quicquid verũ videtur, ſiue probatum fuerit, ſiue reprobatum à quocumque Concilio.

Aliqui articuli Ioannis Hus condemnati in Concilio Conſtantienſi, ſunt Chriſtianiſſimi, veriſſimi, & Euangelici, quos nec vniuerſalis Eccleſia poſſet damnare.

In omni opere bono iuſtus peccat. *De operibus*

Opus bonum optimè factum, eſt veniale peccatum.

Hæreticos comburi, eſt contra voluntatem ſpiritus.

Præliari aduerſus Turcas, eſt repugnare Deo viſitanti iniquitates per illos.

Nemo eſt certus ſe non ſemper peccare mortaliter, propter occultiſſimum ſuperbiæ vitium.

Liberum arbitrium poſt peccatum, eſt res de ſolo titulo: & dum facit quod in ſe eſt, peccat mortaliter. *De libero arbitrio.*

Purgatorium non poteſt probari ex ſacrâ Scripturâ, quæ ſit in Canone. *De purgatorio.*

Animæ in purgatorio non ſunt ſecuræ de ſuâ ſalute: nec probatum eſt vllis rationibus, aut ſcripturis, ipſas eſſe extra ſtatum merendi, aut augendæ charitatis. Animæ in purgatorio peccant ſine intermiſſione, quamdiu quærunt requiem & horrent pœnas.

Animæ ex purgatorio liberatæ ſuffragiis viuentium, minùs beantur, quàm ſi per ſe ſatisfeciſſent.

Prælati Eccleſiaſtici & Principes ſæculares non malefacerent, ſi omnes ſaccos mendicitatis delerent.

73. *Et quidem hi ab initio fuère ſuccreſcentis hæreſis articuli: ſed cùm nullus terminus falſo ſit, atque error immenſus, tumore ac ſuperbiâ hominis vllum monitorem non ferente, in lõgè abſurdiores ſe præcipitauit; tum maximè, cùm audiſſet doctrinam ſuam à Sede Apoſtolicâ condemnatam eſſe.* Negat enim vllum Sacramentum imprimere characterem. Ieiunia Eccleſiæ tollens, quoſuis cibos quouis tempore permittit. Confeſſionem auricularem humanum eſſe inuentum. Confirmationem non eſſe Sacramentum, ſed meram ceremoniam. Bonos tantùm ad Eccleſiam pertinere. Eccleſiaſticis nullas opes poſſidendas, Principibus auferendas. In Euchariſtiâ non fieri tranſub- *Gab. Prateo. Luthero.*

De S. Euchariſtiâ. ſtantiationem, ſed panem vinumque manere. Non eſſe ibi corpus Chriſti, niſi in vſu. Sub vtraque ſpecie omnibus communicandum. Miſſam non eſſe à Chriſto inſtitutam, non eſſe ſacrificium, imò non aliquod bonum, ſed idololatriam & impietatem, ſummam peruerſitatem. Non offerendum pro viuis aut defunctis, aut pro peccatis. Solâ fide hominem iuſtificari. opera bona non eſſe neceſſaria ad ſalutem. Fidem amitti quolibet peccato mortali. Omnia fieri abſolutâ neceſſitate. Illicitum Chriſtianis iniuriæ repetere reparationem. Prædicationi ſtudentibus non laborandum. Gratiâ Dei amiſsâ, hominem non poſſe niſi peccare. Nullum eſſe meritum ad gloriam conſequendam. *De Præceptis Dei.* Hominem non eſſe obligandum, niſi ad quod ligat Euangelium: liberè cuique viuendum eſſe. In matrimonio maris & fœminæ indiſſolubilem coniunctionem non eſſe Sacramentum. Prælatis Eccleſiæ non obediendum, niſi ſecundùm Scripturas. Ordinis Sacramentum reiicit. Nullum in lege Euangelicâ præceptum eſſe. Deum præcepiſſe obſeruatu impoſſibilia; nempe Dilectionem Dei & proximi; &, Non concupiſces. Omnes Chriſtianos eſſe Sacerdotes, æqualem habere poteſtatem nullâ ſexus diſcretione: ſed neminem vti poſſe, niſi à communitate vocetur. Sacerdotis officium conſiſtere in ſolâ doctrinâ. Nullum ſacramentum conferre gratiam. Sanctos non eſſe honorandos, non i[illegible]andos. Nullâ opus eſſe pœnitentiâ & ſatisfactione: q[illegible] dimiſsâ culpâ etiam *Reiicit nonnullas Scripturas.* pœna dimittitur. Reiicit epiſtolam D. Iacobi, libros Machabæorum. Speculatiuas Scientias eſſe errores *affirmat.*

74. *Articulos Lutheri, maximè illos priores, cùm Leo X. & deinde Adrianus VI. Pontifices ſummi, ille diplomate aduerſus* To.4.Côc. *Damnatur Luther à Rom. Pont.* *Lutherum, hic litteris ad Fredericum Saxoniæ Ducem, publicè condemnaſſent, tum Lutherus ſæuiùs exardeſcens, virus ſuum ſerpentinâ linguâ totis viribus in Sedem Apoſtolicam efflauit.* Adeò Gab. Prat. num. 39. Papæ odium imbiberat, vt, ſi etiam in cineres redigeretur, *Odium in Rom. Pontificem.* tamen ad eum inſectandum ſe reuicturum ſperaret. Nam Pontificum nomen inane prorſus eſſe; nec quicquam verâ re aliud eſſe, quàm regnum Babylonis, & potentiam Nimroth

roth robuſti venatoris, merâ tyrannide factum aſſerens, vt
Papa ſuper reliquos Epiſcopos fuerit exaltatus. *Quin etiam
hic verſus eius cantatur*;

Peſtis eram viuens, moriens tua mors ero Papa.

*Scilicet, moriente Luthero Pontifex mortuus eſt: quod canis viuus
rictu & latratu non potuit, mortuus Pontifici Romano exitium
An. 1546. die. Feb. 18 tulit? Periſti tu, omnium infeliciſſime mortalium: & poſt te multi
Romani Pontifices Dei prouidentiâ feliciter vixerunt. Sed nunc
quoque viuit Paullus V. qui clauum tenet Eccleſiæ; latiùs nunc
quoque regnans religione diuinâ, quàm Roma vetus dominatio-
ne terrenâ.*

75. *Vbi arrogans illa vox tua*, Certus ſum dogmata mea *Lutheri doctrina paſſim exploditur.*
Cont. reg. Ang. Sâd. 7. de viſib. monar. habere me de cælo; dogmata mea ſtabunt, & Papa cadet?
*Periſti miſer cum doctrinâ tuâ initio prurientibus gratâ auriculis,
nunc vbique locorum penè reiectâ. Primùm, ab Eccleſiâ Romanâ,
ad quam multi Lutherani ſe recipiunt.* Deinde maior pars ſecta-
Sander. ind. torum Lutheri facta eſt Zwingliana, quam ſectam Luthe-
rus diabolicam iudicauit, vt conſtat ex libellis, quos ſcripſit
contra Sacramentarios. Quicquid enim eſt, quod à Roma-
nâ Eccleſiâ defecit in Galliis, in Angliâ, in Heluetiâ, in Sco-
tiâ, & Poloniâ, id totum Zwinglio addictum eſt, aut Cal-
uino. Denique ex ipſis Germanis alij mutati ſunt in Zwin-
glianos, alij in Anabaptiſtas. *Vidimus anno reparatæ ſalutis
humanæ ſupra milleſimum quingenteſimum octogeſimo quarto,
Duce Caſimiro ſtruente, Palatinos reprobato Lutheri cæleſti ſcili-
cet dogmate, nomen dediſſe Caluino. Vidit orbis Chriſtianus; &
mirari non ſatis poſſet arundinum iſtarum mobilitatem, niſi ſciret,* *Nota.*
Sen. ep. 80. *quòd* quæ decipiunt, nihil habent ſolidi. *Tam verè quàm
Lact. l. 4. cap. 3. grauiter dictum*; Teneri veritas non poteſt, vbi homo idem
multis patribus, dominiſque ſubiectus eſt; vbi animus in
multa diſperſus huc atque illuc diuagatur. Nec habere
vllam firmitatem religio poteſt, quando certo, & ſtabili
domicilio caret.

Sand. ind. 76. Caput omnium eſt, quod ipſi VVittenbergenſes &
Lipſici, ac penè omnes alij tam Saxones quàm Sueui, & Li-
tuani

s

tuani abhorrent ab illâ rigidâ Lutheri ſectâ, cùm molliorem aliam à Philippo Melanchthone compoſitam colunt: vnde non ſimpliciter Lutherani, ſed molles Lutherani iam diu appellantur. Propria ergo Lutheri doctrina iam diu periit, nec habet in vigore ſuo certam ſedem, aut ſucceſſionem. *Nempe* vagi, prodigi, impij; dum & manentia demutamus; & accepta perdimus, & irreligioſa præſumimus. Hilar. ad Conſtant.

ANNO CHRISTI M. IↃ. XXV.

Zvvinglius Berengarij hæreſes refodit.

77. Vlrichus Zvvinglius *Canonicus Conſtantienſis docebit, quàm cæleſtis doctrina Lutheri fuerit, quam ipſe cum nonnullis aliis totis viribus impugnauit*. Anno Domini 1525. cum Ioanne Oecolampadio, & Andreâ Carolſtadio, primus omnium noſtræ ætatis hæreticorum ſcriptis libellis damnatum iam olim Berengarij errorem reuocauit; in participatione cœnæ Dominicæ nō diſtribui verum corpus & ſanguinem Chriſti. Nam cùm eiuſdem Andreæ Carolſtadij diſcipulus eſſet, & ſui magiſtri inſulſa interpretatio verborum cœnæ Domini, quâ dicebat, Corpus meum, quod pro vobis datur, eſt hoc, quod hîc aſſidet menſæ, non ei placeret; teſte Lindano, ſectatus eſt de Euchariſtiâ ſententiam, quam ſe in Bataui cuiuſdam epiſtolâ, teſte Heshuſio, repeniſſe fatetur; vbi, eſt, pro ſignificat, accipiendum didicit. Quod prodigioſum commentum exemplis è Scriptura petitis cùm nec ſibi nec auditoribus perſuadere poſſet, narrat ſibi in ſomno viſum eſſe monitorem (ater fuerit, an albus, inquit, in Subſidio de Euchariſtiâ, nihil memini.) qui diceret, Quin ignaue reſpondes, quod ſcribitur Exod. 12. Etenim Phaſe, hoc eſt, tranſitus. Huic errori plures alios adiunxit, quibus orbem Chriſtianum turbauit.

Gab. Prat. Zvvinglio.

Dub. dial. 5

Cont. Caluin. & Bezam.

Item à dæmone inſtitutus.

78. Peccatum originale tantùm naturæ morbum eſſe, non peccatum.

Cum Pelagio ſentit hominem poſſe ſolis naturalibus vitam æternam conſequi, ſicut fecit Cato & Scipio, quos ſaluatos docet. Cont. Verban reg.

Cum

Cum Neſtorio legendum volebat, Verbum caro facta eſt, non factum; quod Lutherus ſcribit libro de Conciliis.

Hic tantâ audaciâ in magiſtrum ſuum Lutherum inſurrexit, vt ipſum hæreticum ſcriberet, quòd ſententiæ ſuæ repugnaret. Contrà Lutherus Zwinglium cum ſuis habet hæreticum: vnde acerbiſſimum inter ipſos ſuoſque vtrimque ſectatores natum eſt bellum. quod etſi ter quater conati ſunt ſyncretiſmo quodam componere, vt acriùs Catholicam Chriſti impugnarent Eccleſiam, tamen ſemper magis recruduit, vt liquet in maledicis ſcriptis Caluini, & Weſtphali; Bezæ, & Heshuſij; Lutheri, & Zvvinglij; cur ſuâ confeſſione ſuppetias ferunt Tigurini illius maledicta acerrimè retundentes. *Lutherum magiſtrum hæreticum dixit.*

Hilar. ad Conſt. Egregij ſcilicet arbitri, cæleſtium ſacramentorum conquiſitores, inuiſibilium myſteriorum profeſſionibus de fide Dei calumniamur; annuas atque menſtruas de Deo fides decernimus; decretis pœnitemus, pœnitentes defendimus, defenſos anathematizamus. aut in noſtris aliena, aut in alienis noſtra damnamus: & mordentes inuicem iam abſumpti ſumus ab inuicem. *Nota.*

ANNO CHRISTI M. IↃ. LXIII.

79. Ioannes Caluinus *ſæculo noſtro hæreticorum, imò hæreſiarcharum omnium facilè princeps, hæreticorum agmina claudet. Is teſte Vacquerio habitus eſt* inter diſſolutos ſuæ vrbis viros diſſolutiſſimus; inter inconſtantes & fœdifragos inconſtantiſſimus. *De quo Hieronymus Bolzec Medicus Lugdunenſis teſtis oculatus, ipſi Caluino familiaris, quæ perſcripſit paucis complectar.* Caluinus natus eſt *Anno Domini* 1509. *Nouioduni Picardiæ*, Patre Gerardo Cauuino; *quem impium hominem fuiſſe, & in Deum maximè blaſphemum, præcipui aliquot ciues Nouiodunenſes ſunt teſtati. Inquiſitum eſt in filij mores & vitam; atque inter cetera in publicas tabulas relatum*; Ioannem Caluinum Nouioduni Curatum beneficium, & aliud ſacelli cuiuſdam ſacerdotium cùm obtineret, Sodomitici ſceleris conuictum in vitæ diſcrimẽ veniſſe; vt igni (quæ huiuſmodi *Ioannes Caluinus ſuis colorib. pingitur.*

Lib. de tentationib. apud Prat. Caluino.

Lib. de vita Calu. c. 5.

Sodomia e nuictus ſtigmate notatur. ſceleris ordinaria &legitima pœna eſt)concremaretur: ceterum Epiſcopi vrbis commiſeratione pœnam moderatam, vt cauterio candens eius humero lilium inureretur. *quam ignominiam non ferens Germaniam petiit, Baſileæ deliteſcens. tum* Lind.Dub. dialog. 2. *Argentorati exſulans, profugorum factus eſt concionator. Deinde in Italiam profectus, ſe nominauit ſubinde Carolum ab Happe; demum qui Cauuinus erat, Caluinum ſe vocauit.*

80. *Inde reuertens Geneuam venit ad annum circiter* 1537; *vbi* Hier.Bolſ. cap.6. *in ſeditioſorũ miniſtrorum ipſe ſeditioſus cooptatus numerum, collegis Miniſtris Farello & Courault,* diem Dominicum in Veneris, & illius in hunc ferias transferendas eſſe; cœnamque pane fermentato, non azymo, ſicut hactenus conſueuit, adminiſtrandam; quòd magnum id ad Papatus exitium momentum allaturum eſſet, expoſuit perſuaſitque. *Bernenſibus* Ind.c.10. *verò & vicinis aliis, & ne quidem Geneuenſibus perſuadere potuit: tandem tamen, cum poſteà per aliquot Franciæ loca concionatus eſſet, fecit, vt in hanc vſque horam ſic cœna per Miniſtros adminiſtraretur.* Erat *etenim ad mutandas res, innouandaſque propenſus. Exempla ſint, quòd* Mercurij diem feſtum eſſe voluerit *ad finem vſque ſuæ concionis: quod Bernenſes illudentes* feſtum Caluini *per iocum appellant. Deinde Natiuitatis Domini, Circuncißionis, Annunciationis, Aſcenſionis feſta abrogauit; quæ tamen Bernenſes ſtudioſè obſeruant, atque omnibus ſeruanda ſub grauibus pœnis decreuerunt; quales contrà Geneuæ, qui tabernas officinaſque occluſerint illis diebus, neque operati fuerint, infligunt, carceribus etiam mancipantes. Denique conſtituit, ne feſto Natalis Domini Geneuæ, & ſubditis parœciis Cœna diſtribueretur; ſed Dominico proximè Natalem Domini præeunte, vel ſubſequente, quod hodiéque omnes Caluinianæ ſcholæ ſeruant, Bernenſibus antiquum morem retinentibus.*

Diẽ Veneris in Dominicã trãsferre conatur.

Feſta abrogauit antiqua, noua inſtituit.

Exſulare cogitur. 81. *Propter duram obſtinationem, rerumque multarum innouationem; tum etiam quòd plebem contra Senatum Geneuenſem valdè concitaſſe conuictus fuiſſet, proſcriptus cũ Farello ſuo, fugâ ſibi clam conſuluit; perpetuoque exſilio mulctatus fuiſſet, niſi frequentium litterarum ad Geneuenſes importunitate, quas Caluinus magnatum Germanorum nomine inſcripto direxit, reuocatus fuiſſet. Tan-* Ind.c.11.

Cap.12.53 *tus habitus fuit Caluinus à ſuis*, vt eum ſupra omnes Prophe- *Quantus fuerit ſuis.*
tas, Apoſtolos, & qui vnquam fuerũt, doctores collocarent.
Tanta eius ſuperbia, quòd ſui effigiem fieri, publiceque per *Imagines ſuas erigi geſtarią; permiſit, Chriſti Diuorumą; imaginibus deiectis.*
vrbem erigi, ex collo etiam ſtolidulorum quorumdam, tam
virorum quàm fœminarum, à quibus tantùm non vt Deus
eſt habitus, geſtari patienter tulerit, *Chriſti Saluatoris, Virgi-
niſque matris Mariæ, Sanctorumque imaginibus, mandato ipſius*
Cap.13. *deturbatis. Ad cuius tumidum faſtum pertinet, quòd* publicè
pro concione in has voces non rarò prorumperet: Ego pro-
pheta ſum. Ego ſpiritum Dei habeo. Ego à Deo miſſus ſum. *Nota faſtũ eius.*
Ego errare non poſſum. &, Ego ſi erro, tu es Deus, qui me
propter peccata huiuſce populi in errorem mittis & decipis.
Verba ſua ſcriptaque tamquam articulum fidei aliquem
accipi, credi, ſubſcribi ſanè voluit. *Sed quis credat tali buc-*
Cap.20. *cinatori, talis prædicatoris diſcipulis?* cùm hoc in Geneuenſi *Mẽtiri nõdum licitũ, ſed & neceſſarium pro fide.*
Eccleſiâ certum & cõſtitutum quaſi dogma ſit; Vbi de Dei
gloriâ ageretur, mentiri; & mendacium deinde veritatis
ſpecie fucare, atque adumbrare non modò licitum eſſe, ſed
Tertul. de Ani. c. 28. & nonnumquam neceſſarium. *porrò ego talem ſemper* quo-
modo non credam mentiri, qui mentitur vt credam?

Hier. Bolſ. vbi ſup. cap. 13. 82. *Veruntamen* vt ſancti atque glorioſi Dei prophetæ, *Mortuum excitare machinatur.*
miraculorumque patratoris nomen ſibi & famam pararet,
*ſubtiliter machinatus eſt quendam, cui Brulleo nomen, & patria
Oſtrinum fuit, mortui perſonam indutum mendaciter in vitam
reuocare. Caluinus compoſitis omnibus, quaſi rerum ignarus, deam-
bulatum prodit magnâ amicorum comitatus catervâ: & quaſi fortè
venit ad ædes, vbi mulieris illius ſimulati mortui eiulatus audie-
bantur. Qui exoratus, vt mortui ſuſcitatione gratum ſe Dei ſeruũ
oſtẽderet, vocatum ad Euangelij miniſterium, atque Eccleſiæ refor-*
Ind. *mationem*, ad mortuũ appropinquans, miſeri hominis manu
apprehensâ, in Dei & Filij eius Domini noſtri Ieſu Chriſti
nomine imperat, vt ſurgeret, Deique ſic gratiam manife-
ſtam faceret. Repetit iterùm, ſæpiuſque eoſdem ſermones,
voce etiam altiùs eleuatâ. Quid fit? neque audit, neque lo-
quitur, neque ſe commouet mortuus: iuſto enim iudicio,
qui fucos & mendacia deteſtatur, is, qui ſe mortuum ſimu-

 labat,

Ex vino reddit mortuum. labat, verè mortuus repertus eſt; *tum vxore eius ſeriò lugente,* & in Caluinum inuectâ, impoſtorem eum, ſicarium, latronem, qui maritum interemiſſet, clamante, ex ordine rem, quomodo erat geſta, clarâ altaque voce exponente. *Caluinus abiens, in vulgus ſparſit vxorem mærore mariti ex obitu deliram; ideóque excuſandam eſſe. Res ea certa eſt, quam tamen pertinaciter negant Caluini mancipia.*

Delitiarium & epula. 83. *Magnæ delitiæ eius, atque in epulis magnifici apparatus.* Apud ſe domi optimi quique & delicatiſſimi boli palato eius ſeruabantur, aut præſentabantur. Vino eius nullum erat totâ vrbe delicatius...Et quando ad quemquam amicorum, tanto eum fauore dignatus pranſum ibat, vel cœnatum; ſuum vinum in argēteâ lagenulâ eò ferendū erat, quod domino, eiuſque palato tantū ſeruabatur. Quid? quòd piſtorem haberet, qui ſingulari modo panes ei, eiuſque ori ſapidos, pinſeret ex nobiliſſimo farinæ flore, aquâ roſaceâ, ſaccaro, cynamomo & anyſo macerato, & bis deinde cocto: & hic panis per ſingularem excellentiam panis domini, puta Caluini, vocabatur. *De continentiâ eius nihil addam, iudicio lectoris relinquens, an mulieroſius fuerit, qui maſculam venerē adamauerit.* Ind. cap. 14

Hæreſes præcipuæ Caluini. 84. *Hæreſes eius, & abſurdiſſimos errores adſcribemus, non quidem omnes ſingillatim, quas cum ceteris communes habet, ſed principales.*

De S. Trinitate. Teſtimonia ex Geneſi pro ſacroſancta Trinitate, & Chriſti diuinitate, à Catholicis adducta, velut Rabbinorum patronum agens extenuat. Præt. Calu. ex Heshuſio. 1. 3.

Quid ſenſerit de Trinitate in Synodo Lauſannenſi, declarauit; vbi teſte Petro Carolo, qui interfuit, profitebatur Caluinus, Symbolo Athanaſij ſe non credere, nec diſcredere, donec ad Scripturarum gnomonem (ſic enim Arrianizans græciſſabat) illud examinaſſet. imò illum verſum, Alia eſt perſona Patris, alia Filij, reiiciebat: quod græcè eſt Hypoſtaſis, quæ perſonam, inquiebat, non ſignificat.

De Chriſto Saluatore. 85. Chriſtum Deum eſſe ex ſubſtantiâ Patris ante ſæcula genitum, numquam extorqueri potuit, vt Caluinus confiteretur: Ind. 4.

retur: ſed quatenus Deus eſt Chriſtus, à ſeipſo eſſe aſſerebat.

Heb. 5. 7. *Illud Apoſtoli*; Qui in diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illum ſaluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt

Hiero. Bolſec. de vitâ Caluini c. 24. pro ſuâ reuerentiâ; *ita interpretatur*; Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum adeò terribili mortis terrore concuſſum, vt quaſi in deſperationem incideret, anxius & ſollicitus, ne à morte abſorberetur & deglutiretur. *illud*, pro ſuâ reuerentiâ, *quæ græcè ἐυλάβεια, quod reuerentiam ac pietatem, cultum atque obſequium ſignificat, contra omnium ſententiam* in peiorem partem detorquens, pro horrore atque tremore accepit, quo quis ob ineuitabile aliquodpericulum, quaſi deſperabūdus concutitur; cui quidem anxium atque atrum epitheta dari conſueuerūt, qualem in Chriſto Ieſu Domino noſtro fuiſſe nemo ſanctorum doctorum vnquam admiſit. *O impiũ & impurum!*

Idem. c. 25 86. *Illum quoque Symboli Apoſtolorum quintum Articulum*, Deſcendit ad inferos, ſic interpretatus eſt; Poſitus eſt in ſepulchro. *Qui aliquando grauiter cùm reprehenſus fuiſſet, quòd hoc ipſum præcedenti articulo confiteremur*, Mortuus & ſepultus eſt: *omnes Catechiſmos illius editionis, quos reperire potuit, ſuppreſſit. extant tamen nonnulla exemplaria, in quibus Miniſtrum*

De Chriſti deſcenſu ad inferos.

Ind. *hoc modo puerum interrogare reperias*: Quid eſt, quod de eius ad inferos deſcenſu adiectum eſt? Et reſpondet puer; Nimirùm hoc eſt, quòd nō tantùm mortem naturalem ſuſtinuit, quæ eſt ſeparatio corporis & animæ; ſed quòd anima quoque eius mirabilibus anguſtiis cōſtricta concluſaque fuerit,

Act. 2. 24. quas S. Petrus dolores mortis appellat. Deinde Miniſter proſequitur, ob quámnam hoc rationem, & quomodo factū ſit, interrogans: ad quod puer; Idcirco videlicet, quia ſe Deo præſentabat ſiſtebatque, vt ei peccatorum nomine ſatisfaceret, neceſſarium fuiſſe, vt horribiles has cōſcientiæ anguſtias experiretur, non ſecus ac ſi derelictus à Deo eſſet, imò verò quaſi Deus illi iratus fuiſſet: atque in illâ abyſſo conſtitu-

Nota blaſphemiam.

Matth. 27. 46. tum exclamaſſe; Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti? Et paulò pòſt hoc inſuper adiungit; Neceſſe fuiſſe, vt

Cap. 53. 4. ſic illum Deus affligeret; vt impleretur quod per Iſaiam

fuerat prædictum, quòd nimirum Dei manu propter peccata noſtra percuſſus ſit.

De prædeſtinatione.

87. Adamum Dei ordinatione & æterno decreto in peccatum neceſſariò eſſe prolapſum ſcribit: Adæ poſteros quoſdam qui ſaluentur eſſe electos; alios ſempiternæ morti deſtinatos docet. & diuerſitatis huiuſce primam præcipuamque cauſam eſſe Dei voluntatem aſſeuerat. Hieron. Bolſec. cap. 23.

Deus potiſſimè creauit genus humanum ad perpetuam damnationem & interitum. Prateol. ex Staphy. l. 2.

Deus Adam creauit non modò vt interiret, ſed etiam quòd illum ab æterno ad exitium prædeſtinarit: ideoque illum neceſſariò peccare oportuerit.

De libero arbitrio.

Negat hominem eſſe liberi arbitrij; cùm doceat Deum peccata non ſolùm permittere, ſed etiam efficaciter operari. Prateol. Ind. ex Heshus. 5.

De peccatis quorum Deum auctorem dicit.

88. *Ex quibus neceſſariò ipſe colligens docet* Deum eſſe peccati auctorem. Peccata, quæ homines faciunt, nō modò Deum permittere, vt fiant; ſed etiā fieri Deo volente, & impellente. Id. ex Stap. 3. 4. 5.

Omnia peccata, quæ fiunt ab hominibus, eſſe omnino ſimpliciter opera Dei: vt nullum furtum, nulla ſcortatio, nullum adulterium fiat ab homine, quod Deus non efficiat in homine.

Diabolum Dei mandato eſſe mendacem. Prat. ex Heshuſ. 6.

Nullum aſſerit cum Luthero peccatum eſſe mortale, niſi incredulitatem. Prat. ind. ex his quæ ipſe collegit. 3. 4.

Nullum diſcrimen eſſe inter peccatum mortale & veniale: nec vllum quidem veniale appellari debere, ſed omne peccatum eſſe mortale.

O linguam præcidendam!

Lex Dei & voluntas Dei ſæpè ſunt inter ſe contraria. Prat. ind. ex Staphy. 6.

De fide, iuſtificatione, & ſalute.

89. *Cum Luthero, Bucero, Melanchthone & Iohanne Spangenbergio docet,* Prat. ind. ex his quæ collegit ipſe 10. in inſti. Chri.

Omnem hominem iuſtum ſcire ſe eſſe in gratiâ, eſſeque certum ſuæ iuſtificationis: eò quòd fides, per quam iuſtificatur homo, cuilibet poſſit eſſe certa; iuxta illud Auguſtini; Nihil eſt homini certius ſuâ fide. Aiunt igitur, Quamuis aliquis peccata multa committit, multa flagitia & ſcelera, De Trin. 3. c. 2.

nullum

nullum tamen illorum imputatur credenti; id eſt, iuxta eorum interpretationem, fiduciam habenti in Chriſtum, quòd per miſericordiam Dei, & Chriſti merita, remiſſa ſint ſibi peccata. Et quia fides hæc eſt nota cuilibet illam habenti, inde deducunt argumentum, quòd qualiacunque ſint opera hominis, ſi tamen firma fixaque ſit fides, ſemper erit certus de ſuâ ſalute.

Prat. ind. ex his quæ ipſe collegit. 2 l. cõt. Cõc. Trid. — 90 Nullum opus humanum, quantumlibet bonum, eſſe vitæ æternæ meritorium, neque ad vitam æternam conſequendam neceſſarium. fatetur quidem ille cum ſuo præceptore Luthero, Melanchthone & Ioanne Spangenbergio, noſtris operibus ineſſe aliquod meritum, cui reſpondent prĕmia corporalia & ſpiritualia, ſed non vita æterna. imò aſſerit quemlibet iuſtum in omni opere bono peccare. — *De operib. & meritis.*

Prat. Ind. 5. — 91. *Contra vota monaſtica docet cum Lutheranis*, nullum prorſus eſſe diſcrimen inter præceptum & conſilium Euangelicum; neque aliquod eſſe in Euangelio conſilium: ſed omnia quæ nobis à Chriſto cõmendata ſunt, eſſe præcepta. — *De votis monaſticis.*

Ind. 8. — Itaque cum Lamperianis, Pſeudapoſtolis, Wicleſiſtis, Luthero, &c. omnia vota damnat, nihil prodeſſe aſſerens, quòd neceſſitatem & coactionem quandam videntur hominibus inferre; cùm nihil ſit ex neceſſitate faciendum, ſed

Pſal. 53. 8. — liberè; quia dicit Propheta; Voluntariè ſacrificabo tibi.

Prat. ind. 9. — Docet prætereà nihil poſſe Deo voueri, niſi quod ab eo præceptum eſt: nimirum quòd hoc ſolum habet apertum teſtimonium, quòd Deo gratum ſit, & acceptum.

Prat. ind. 6 & 7. — 92. Quamuis autem bonum eſſe fateatur, vt à Deo adiutorium petamus ad continendum; dicit tamen hanc diuini auxilij inuocationem non eſſe ſufficiens remedium pro ſeruandâ continentiâ, & ideò neceſſarium eſſe coniugium. — *De matrimonio.*

Nam docet quoque hoc tempore gratiæ ſtare adhuc præceptum vniuerſale, quod omnes ad nuptias obligat; Non

Gen. 2. 18. — eſt bonum hominem eſſe ſolum.

Prat. ex Heshu. 1. — Docuit Baptiſmum pueris non eſſe neceſſarium. — *De baptiſmo.*

93. Miſſam non ſolùm negat à Chriſto inſtitutam, ſed — *De Miſſa Sacrificio.*

nec

nec eſſe Sacrificium blaſphemat, imò nullum opus bonum; quod à Luthero didicit; inquit enim alibi contra ſcholaſticos: Valeant ipſi cum ſpinoſis ſuis argûtiis; quæ licet vtcunque cauillando defendi queant; ideò tamen repudiandæ ſunt bonis omnibus, quòd nihil quàm Cœnę claritati multas tenebras inducunt. Illis ergo valere iuſſis, congredi me hîc lectores intelligant cum eâ opinione, quâ Romanus Antichriſtus (ita Papam appellat cum ceteris) ac eius Prophetæ totum orbem imbuerunt: nempe Miſſam eſſe opus, quo Sacerdos, qui Chriſtum offert, & alij qui in oblatione participant, Deum promerentur. Neque id communi tantùm vulgi opinione receptum eſt, ſed ipſa quoque actio ſic eſt inſtituta, vt genus ſit placationis, quod pro viuorum & mortuorum expiatione Deo ſatisfaciat. &c.

Prat. ind. ex his quæ ipſe collegit. 1. Inſt. Chriſt 13. 18. 49.

De cõmunione & cœnâ Domini.

94. Totam Galliam ſuis infecit, euertit, perdidit blaſphemiis propter nouum ſuæ cænæ Figmentum, quo Chriſtum, licet abſentem, imaginatur ſuâ tantùm vi & efficaciâ præſentem per metonymiam. In quo neque cum ſuo patre Farello aut Oecolampadio, neque ſuo cum auo Zvvinglio conuenit; quorum vtrumque reprehendit, quòd Cænam Domini non rectè tractarint.

Prat. Caluin. ex Lin. Dub. dial. 2

Itaque primus mortalium excogitauit hunc modum præſentiæ corporis Chriſti, vt diceret panem & vinum efficacia ſigna corporis, & ſanguinis Domini eſſe; & ita efficacia, vt non ſolùm per fidem, ſed reipsâ corporis Chriſti ſubſtantia manducetur, & ſanguis bibatur à ſpiritu noſtro, quoties cum fide panem illum edimus, & vinum bibimus: adeò, vt etiam indignè manducantibus offeratur corpus Chriſti vnà cum pane & vino, licet ab illis (ita ait) non manducetur. Itaque hæc Domini verba; Hoc eſt corpus meum, ſic interpretatur; Hic panis eſt ſignum efficax corporis mei.

Sander. 7. de viſib. Eccl. Monarc. an. 1551.

Nouum commentũ.

Vnde iſti noui Sacramentarij.

95. Ceterùm Caluiniſtæ nunc paſſim noui vocantur Sacramentarij: quòd nouâ quadam ſtrophâ Sacramenti veritatem eludere conantur. Verbis enim præſentiam corporis & ſanguinis Chriſti confirmant, ſed reipsâ negant. Veterum enim Sacramentariorum Zvvinglij atque Oecolampadij

Pra. Calui. ex confeſ. Manſ. & Lind. Dub. dial. 2.

lampadij dogma reiiciunt, qui otioſum atque vacuum, externumque ſignum dicebant eſſe Sacramentum altaris: ſed iſti nunc cum Lutheranis ſimulant ſe conſentire. Confitentur enim, quòd verum corpus & verus ſanguis Chriſti in Cænâ verè & ſubſtantialiter adſit; ſed tamen figuratè & ſpiritualiter, & ſacramentaliter: ita vt corpus Chriſti ſemper maneat in cælo. Dicunt enim corpus non poſſe eſſe ſimul pluribus in locis.

96. *Vereor vt occupato Lectori longior ſim in iſto hæreticorum* *Cur iſtæ hæreſes ſint recenſæ.*
Cyril. Hie. Catech. 6. *recenſu, vnà & errorum; nam* polluimur iſta dicentes. Sed ne aliquis ex ignorantiâ in ſordes eiuſmodi hæreticorum incidat, etiamſi & os meum, & auditoris aures polluam, tamen id confert. Multò enim melius eſt, accuſandis & reprehendendis aliis audire abſurda, quàm ex inſcitiâ in eadem incidere. Longè melius eſt, vt ſordes cognoſcas & oderis, quàm ignorans in eaſdem incidas. *Nec debet eſſe moleſtum Lectori, cum nauſeam & vomitum hæreticorum vel legerit, vel audiuerit:*
Hie. 1. adv. Iouin. 2. libentiùs antidotum Chriſti bibet, cùm diaboli venena præceſſerint.

97. *Sed quis poſſet omnia venena diaboli exulceratiſſimæ noſtræ tempeſtatis recenſere? Epiphanius octoginta hæreſes enumerans confutat. Auguſtinus, Philaſtrius, Theodoretus, Iſidorus plures, quæ tamen aliquot ſæculis ſuccreuerunt. Vnico noſtro ſæculo necdum exacto; nempe à Luthero ad annum ſalutis humanæ milleſimum ſexcenteſimum, propè trecentæ hæreſes, velut ranæ loquaces ex Ægypti flumine ebulliiſſe leguntur. Et quoniam facilè creſcit* *Vt iſti nouatores antiqua mutarunt; ſic alij mutata nouabunt.*
lolium, & patiens eſt Dominus: Dominicus ager gemens exſpectat, qui priſcis erroribus nouos inducat. Idem licebit poſteris, quod licuit
Tertul. de Præſc. c. 42. *præceſſoribus*, de arbitrio ſuo fidem innouare. *Numquam deerit errandi occaſio, quamdiu tam libera nouandi licentia.* Ex falsâ
Senec. epiſt. 16. opinione naſcentia, vbi deſinant, non habent: nullus enim terminus falſo eſt. Viâ eunti aliquid extremum eſt, error immenſus eſt.

98. *Expoſui itaque hæreſeôn peſtes principales, quæ ab initio naſcentis Eccleſiæ Chriſtianum orbem exagitauerunt: iam ſingulos*

cui noſtri errones nominatim accenſere nil opus eſt. adferant licet aliquid noui, ſed tamen velut glebam ad aruum. recenſi à nobis, ſentinæ ſunt, è quibus iſti feces ſuas exanclauerūt. Quorum exitus, qui omnium vſitatus & ſolitus. Retenta eſt ſcilicet antiquitas, exploſa nouitas. *Sæpè à nouatoribus fuit appellatum à Pontifice ad Generale Concilium: atenim Tridenti vltima omnium Synodus Oecumenica celebrata eſt, præſidentibus antiquo more Summi Pontificis Legatis quatuor, præſentibus Cardinalibus duobus, Patriarchis tribus, Archiepiſcopis viginti quinque, Epiſcopis centum ſexaginta octo, Abbatibus ſeptem, Procuratoribus abſentium cum legitimo mandato triginta nouem, Generalibus Ordinum ſeptem; ac tandem anno ſupraſcripto in hæc verba conclamatum eſt;*

Hæretici omnes cum erroribus damnati. — Vinc. Lir. Com. c. 9.

Sacroſancta Oecumenica Tridentina Synodus. eius fidem confiteamur, eius decreta ſemper ſeruemus. — Seſſ. 25.

Reſponſum: Semper confiteamur, ſemper ſeruemus.

Omnes ita credimus; omnes idipſum ſentimus; omnes conſentientes & amplectentes ſubſcribimus. Hæc eſt fides beati Petri & Apoſtolorum. hæc eſt fides Patrum. hæc eſt fides Orthodoxorum.

Reſpon. Ita credimus, ita ſentimus, ita ſubſcribimus.

His decretis inhærentes, digni reddamur miſericordiis & gratiâ primi & magni ſupremi Sacerdotis Ieſu Chriſti Dei, intercedente ſimul inuiolatâ Deiparâ, & omnibus Sanctis.

Reſp. Fiat, Fiat. Amen, Amen.

Anathema cunctis hæreticis.

Reſponſum: Anathema, Anathema.

Damnati ſuos iudices non debent damnare.

99. *Nullus itaque hæreticorum* ſententiam dicat, ſed accipiat: nec ſic agat, quaſi ipſe iudicauerit de collegio Sacerdotum, quando ipſe ſit ab vniuerſis Sacerdotibus iudicatus. — Cyp. ep. 69. *Non tamen deſinent damnati ſuos iudices accuſare.* Quomodo enim poteſt malus litigator laudare iudices, quibus iudicantibus victus eſt? — Aug. epiſt. 166. *Nec deſiſtet ſerpens, & illius ſemen, inimicitias immortales & hoſtilitatem aduerſus mulierem & illius ſemen exercere: verùm* ipſa conteret caput illius; & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. — Gen. 3. 15. Matth. 16. 18. *atque idcircò, quod olim Deus*

ad Ie-

ad Ieremiam, etiam ad Eccleſiam Catholicam meritò dictum arbitrari liceat;

[Iere.1.19.] Bellabunt aduerſum te, & non præualebunt: quia ego tecum ſum, ait Dominus, vt liberem te.

[*Theod. in Iere. Ind.] [*Eccleſia contra omnes hæreſes pugnat, expugnari non poteſt.*] * Quam quidem pollicitationem fecit etiam Eccleſiæ: nam Petro diuiniſſimo dixit; Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Non dixit; Non pugnabunt; ſed pugnando non præualebunt: quoniam ex aduerſo pugnantes non ſine labore victoriam comparant.

[Aug. 1. de Symb. c. 5. tom. 9.] 100. Ipſa Eccleſia ſancta, Eccleſia vna, Eccleſia vera, Eccleſia Catholica contra omnes hæreſes pugnás pugnare poteſt, expugnari non poteſt. *Præbet ſe* non aliter, quàm rupes aliqua in vadoſo mari deſtituta, quam fluctus non deſinunt, vndecunque moti ſunt, verberare. nec ideò aut loco eam mouent, aut per tot ætates crebro incurſu ſuo conſumunt. Aſſilite, facite impetum; ferendo vos vincet. In ea quæ firma & inſuperabilia ſunt, quicquid incurrit, malo ſuo vim ſuam exercet.

101. *Prolixitas Præſcriptionis vtilitate multifariâ compenſatur.* [*Semper hæretici fuêre*]

[Io. Caſ. 1. de Incar. Dom. c. 2.] *Primùm diſcis*; Non noua eſſe hæc in eccleſiis monſtruoſi ſeminis germina: ſemper has Dominici agri ſegeslappas, ſenteſque tolerauit, & aſſiduum in eâ ſuffocatricis zizaniæ germen emerſit. *Vides quoque ferè omnia commenta hæreticorum, certè præcipua: hoc fructu*, perfidiam eorum expoſuiſſe, ſuperaſſe eſt. [Hier. ep. 54.]

Deinde oſtendit, ſi quis videre velit, Romam æternâ ſucceſſione Pontificum aduerſus omnes hoſtes fauore Chriſti dotatam, à beato Petro Apoſtolo aduſque ætatem noſtram numquam interruptam, ſemper continuatam eſſe. [Leo. Ser. 2. de Aſſum. ſuâ.] [*Æterna Pontificum Rom. ſucceſſio.*] Hoc enim obtinuit illa confeſſio, quæ à Deo Patre Apoſtolico inſpirata cordi omnia humanarum opinionum incerta tranſcendit: & firmitatem Petræ, quæ nullis impulſionibus quateretur, accepit. quæ tantâ diuinitus ſodalitate munita eſt, vt eam nec hæretica vmquam corrumpere prauitas, nec pagana potuerit ſuperare perfidia. *Profectò argumentum eſt euidens diuinæ protectionis, inter tot*

tempeſtates nauiculam illam etſi grauiſſimè impulſam, concuſſam, agitatam, numquam tamen ſubmerſam. Vt de Romanis Pontificibus iure aduerſariis illud ſaluberrimum ingeri monitum debeat; Sinite illos: quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc aut opus, diſſoluetur. Si verò ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere eos; ne fortè & Deo repugnare inueniamini. Act 4.38.

Hæretici Eccleſiæ ſunt deſertores.

102. *Adhæc commonſtrat deſertores & apoſtatas noſtros in Eccleſiâ fuiſſe, ſed tandem deſeruiſſe. atque ipſos hæreſiarchas ferè fuiſſe omnes Epiſcopos, Sacerdotes, Monachos, improbos, impuros homines, paleas leuis fidei cribro Satanicæ calliditatis ex horreo Dominico euentilatas; tales tamen apud aduerſarios plerumq;, in precio habitos. Nimirum* Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconſtantes. nunc neophytos conlocant, nunc ſæculo obſtrictos, nunc apoſtatas noſtros; vt gloriâ eos obligent, quia veritate non poſſunt. Nuſquam faciliùs proficitur, quàm in caſtris rebellium; vbi ipſum eſſe illic, promereri eſt. Tertul. de Præſc. 41.

Eccleſiam oppugnant, etſi diffideant.

Tum etiam, hæreticos, licet in vnius oppugnatione Eccleſiæ conſpirent, tamen in pluribus ſecum diffidere. Prorſus admirabile eſt, quotquot ſunt hæreſes, in fingendo diuerſa, pugnantiáque inter ſe adferre; nec alibi, niſi in falſitate inter ſe conſentire. neque id mirum, cùm vnum habeant auctorem, qui ipſis vbilibet mendacia aſſeminat. Atha. or. 1. cont. Arr.

Omnes à Sede Rom. damnati.

103. *Demum apertè docet, vniuerſas hæreſes cum auctoribus à Sede Romanâ, quam ſemper iſti velut portæ inferi oppugnarunt, à beato Petro Apoſtolo in hunc vſque diem per ſucceſſores eius damnatas eſſe. & (qui Præſcriptionis eſt ſcopus) iuxta doctrinam Apoſtolicam anathematizatas: quæ mihi quidem videtur cauſſa principalis inuidiæ eorum, & aduerſum nos hoſtilitatis. Quis initio Eccleſiæ omnium hæreticorum patrem Simonem magum condemnauit, ac proſtrauit? Petrus Apoſtolus. Quis Montanum, quis Nouatianum cum erroribus eorum proſcripſit? Petri ſucceſſor Pontifex Romanus. Quis Arrianos, Macedonianos, Priſcillianiſtas, Donatiſtas, exitiales illas peſtes orbis terrarum, extinxit? Idem ille Vicarius Chriſti, Summus Pontifex. A quonam Pelagiani, & Orientales hæretici, Neſtoriani, Eutychiani, furioſi ac barbari Iconoclaſtæ damnati ſunt? ab ouilis Chriſti Paſtore, Pontifice Maximo.*

Ille

Ille doctor orbis caput draconis ſecat & conterit: ille hydræ renaſcentia capita metit. Ille eſt, cui à Chriſto in Petro, dum ei paſcendas oues ſuas ad Patrem abiens committeret, orbis terrarum cura & ouilis Chriſti commendata eſt. Ille Berengarium, ille VValdenſes, ille Albigenſes, ſchiſmaticos Græcos, VViclefiſtas, & cetera portenta, omnes hæreſes æui noſtri antiquis aſpidum ouis incubantes, malos coruos excludentes, & impuros canum iſtorum vomitus reſorbentes, condemnauit, proſcripſit, anathematizauit. Nota.

Leo Ser. 2. in anniuerſ. aſſum ſuæ. *Ita vt in Pontificis Romani (quod iure repeto)* perſonâ, ille intelligatur, ille honoretur, in quo & omnium paſtorum ſollicitudo, cum commendatarum ſibi ouium cuſtodiâ perſeuerat, & cuius etiam dignitas in indigno hærede non deficit.

PRÆSCRIPTIO XVII.

Hæreſes olim damnatas qui ſectantur, iure condemnatos eſſe.

Tertull. de Præſc. 33. 1. ADhibeo ſuper hæc ipſarum doctrinarum recognitionem, quæ tunc ſub Apoſtolis fuerũt, ab iiſdem Apoſtolis & demonſtratæ & eieratæ: nam & ſic faciliùs traducentur, dum aut iam tunc fuiſſe deprehenduntur, aut ex illis quæ iam tunc fuerunt ſemina ſumpſiſſe. Paulus in primâ ad Corinthios epiſtolâ notat negatores & dubitatores reſurrectionis: hæc opinio prima Sadducæorum. partem eius vſurpat Marcion, & Apelles, & Valentinus, & ſi qui alij reſurrectionem carnis infringunt. Ad Galatas ſcribens inuehitur in obſeruatores & defenſores circumciſionis & legis: Hebionis hæreſis eſt, *& eorum, qui ex Lutheranis aliiſque hæreticis Turcæ fiunt, & circumciduntur*. Ioannes in Apocalypſi idolothyta edentes, & ſtupra committentes, iubetur caſtigare: ſunt & nunc alij Nicolaitæ; Caiana hæreſis dicitur; *ſunt etiam Sodomitæ*. At in epiſtolâ eos maximè Antichriſtos vocat, qui Chriſtum negarent in carne veniſſe, & qui non putarent Ieſum eſſe Filium Dei: illud Marcion, hoc Hebion vindicauit, *& æuo noſtro nimis multi, qui Chriſtum negant aut verum Deum eſſe, aut verum hominem.*

Apoſtolis habiti hæretici, etiã nunc tales habendi.

1. Cor. 15. 12.

Gal. 5. 1. 2.

Apoc. 2. 6. 15.

1. Ioan. 2. 22.

a 3 2. *Va-*

Anabaptiſtæ Valētini ſectantur errorem.

2. *Valentini ſectantes errorem fabulantur* Chriſtum in ſubſtantiâ corporis noſtri non fuiſſe, ſpiritale neſcio quod corpus de cælo deferentem, quaſi aquam per fiſtulam, ſic per Mariam Virginem tranſmeaſſe, nihil inde vel accipientem vel mutuantem. *Atque hic error Anabaptiſtarum, & aliorum complurium. Deinde plenus eſt orbis nouis Arrianis, quibus Chriſtus verus Deus non eſt. Plurimi quoque negant Chriſti corpus reuerâ in Euchariſtiâ præſens eſſe: tales ab ipſo Chriſto in Capharnaitis incredulis reprobati ſunt. Solam fidem ad ſalutem ſufficere venditant non pauci: & hi à Iacobo Apoſtolo confutantur.* Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuũ eſt: ita & fides ſine operibus mortua eſt. *hac cauſſâ Luthero Jacobi epiſtola ſtraminea eſt.* *Porrò* Scripturarum & expoſitionum adulteratio deputāda eſt, vbi diuerſitas inuenitur doctrinæ. Quibus fuit propoſitum aliter docendi, eos neceſſitas coëgit aliter diſponendi inſtrumenta doctrinæ: aliàs enim non potuiſſent aliter docere, niſi aliter haberent, per quæ docerent hæreſim. ſicut illis non potuiſſet ſuccedere corruptela doctrinæ ſine corruptelâ inſtrumentorum eius: ita & nobis integritas doctrinæ non competiſſet ſine integritate eorum, per quæ doctrina tractatur.

Tertull. de Præſc. 49.

Io. 6. 60.

Iacob. 2. 26

Cur iſti ſcripturas aliquot reiiciant.

Tertull. de Præſc. 38.

3. *Singulæ propemodum hæreſes hac ratione proſcribi poſſunt: ſed calamum ad propoſitum verto, quà potero, paucis oſtenſurus, damnatas hæreſes ſectantes iure condemnatos eſſe.*

Doctrinam ſuam pro verâ vēditare, omniū eſt hæreticorum.

Oſtentare ſe vulgo ad noua erecto, doctrinam ſuam pro diuinâ & ſalutari venditare, omnes hæretici à primogenito Satanæ Simone mago omnium hæreticorum patre didicerunt.

In effrænem proſterni libidinem, concubitum æquè ac cibum potumque neceſſarium, *atque adeò etiam præceptum; quin etiam ad ſubandum legem ferre;* Vxor ſi nolit, ancilla veniat: *nónne eodem fonte deriuatur?*

Lut. ep ad prępo. Lunen Dub. dial. 1.

Sacram Scripturam mutilare; fidem illam ſpecialem ſolummodo ſaluare; opera bona nihil mereri, ad ſalutem neceſſaria non eſſe; nullum eſſe peccatum niſi incredulitatem; homines liberos eſſe; legibus & præceptis non adſtringi; malorum in nobis Deum auctorem æquè ac bonorum, etiam eſt magiæ Simonianæ.

Con-

Conuitiis & contumeliis pios quoſque & totam Eccleſiam Catholicam lancinare, à maligno Spiritu Montani afflatum eſt.

4. *Eccleſiam ſibi modò arrogare, religionis ſynceritatem, morum* καθαροὶ Nouatiani
puritatem, prædamnatorum eſt Nouatianorum. qui volebant appellari καθαροὶ *(vnde hodieq; noſtrate linguá hæretici dicti,* ketteren)
Aug. de ago. Chriſt. 31. *id eſt puri;* quia ſuper doctrinam Apoſtolicam ſe prædicant mundiores; qui nomen ſuum ſi vellent agnoſcere, mundanos ſe potiùs quàm mundos vocarent.

Chriſtum vniuerſi præferunt buccinatores Euangelij, dum quod Eccleſias habere volunt.
Tertul. 3. adu. Marcion. 5. *volunt, ſanctum neceſſe ſit & Apoſtolicum.* Habent planè & Eccleſias, ſed ſuas tam poſteras quàm adulteras: quarum ſi cenſum requiras, faciliùs apoſtaticum inuenias quàm Apoſtolicum, *Luthero, Zvvinglio, Caluino, ſcilicet conditore, vel*
Id. *aliquo de eorum examine.* faciunt fauos & veſpæ: *faciunt eccleſias & Caluiniſtæ.*

Trinitarij noſtri, potiùs Cerberi nominandi, ſilentio magis premendi ſunt, quàm de tartareis illorum latratibus ſcribendum. Horret animus cogitare. Arriani illi veteriores & Semiarriani, Gigantes theomagi, præ iſtis iuſtificati videri poſſunt, qui Seruetum, & ſimiles recipiunt peſtes.

5. *Beatæ Mariæ Virgini matri ſecundùm Deum omnem honorem habendum, quia Filium Dei peperit, qui negant, è draconis illius Neſtorij zizanijs germinauerunt.*

Chriſti perfectam naturam humanam multi improbant, cùm illi detrahunt veram animam, aut alteram voluntatem & operationem: qui principe Eutychete Monothelitarum auctore gloriari debent.

Iconoclaſtæ noſtri Iudæorum, Saracenorum, Turcarumque rabidum furorem repræſentant: qui dum barbaram Græcorum Iconomachiam ſectantur, portendunt gentes illas in tempore caſuras, quæ ferre poſſunt Chriſti, Deoque amabiles Diuorum imagines tam impiè diſiectas. Iconomachi.

Quid de illis Epiſcopis, qui intrant in ouile, ſed non per oſtium? ſcilicet opes bonas, non bonum opus deſiderant. Habent etiam illi ſuum patriarcham Photium, ex aulá, & de militiá ſubitò paſtoris officium vſurpantem.

6. In

Sacramentarij. 6. *In auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento negare veram corporis Chriſti præſentiam, pane & vino operatione & conſecratione diuiná tranſſubſtantiatis in Chriſti naturam, Berengarij eſt hæreſis, ab Eccleſiá, tum etiam ab ipſo hæreſeos auctore condemnata.*

Baptiſmum iterare temeritas fuit Arrianorum, Donatiſtarum, Berengarianorum.

Coniugia legitima diuortiis ſeparare, feminis ſubantium more porcorum ſine fræno & fronte licenter abuti, è ſcholá prodiit Simonis magi, Montani, Berengarij, Iouiniani quoque & ſimilium excucullatorum, qui terram cælo, carnem ſpiritui, vitia virtutibus, ventrem, & quæ ſub eo ſunt, præferunt Chriſto.

7 *Cuique ius eſſe, nullo perſonarum & conditionis diſcrimine, peccata ſoluendi; prædicandi Verbum Dei, Chriſtum eſſe in ſacramento ſicut in qualibet re; Eccleſiæ Catholicæ ſtatum, ordinem, capita, membra damnare velut Synagogam Antichriſti; Indulgentias reprobare; Prælatis Eccleſiæ non obedire; templa orandi gratia non adeunda; non imagines Sanctorum, non ipſos Sanctos honorandos, colendos; non ſacras illorum reliquias; miracula Sanctorum negare; dies feſtos minimè celebrandos; non ab Eccleſiá indicta ieiunia ſeruanda; vrente libidine in quamlibet venerem proſterni; Purgatorium poſt mortem non credere; precibus viuorum non iuuari animas defunctorum; denique ferè vniuerſa dogmata peruerſa noſtræ tempeſtatis, è ſtagnis olentibus VValdenſium & Albigenſium dimanarunt.*

8. *Quòd ſuperiori tempore illi Germani ad Græcos miſerint, quomodo olim* Ephraim ad Aſſur, *potiùs Schiſmatico obtemperaturi, quàm Eccleſiæ capiti, ſucceſſori Petri, Vicario Chriſti, argumentum eſt malle eos cum Græcis perire, quàm ad ſaniorem mentem redire. Vnam Eccleſiam Spiritus Sanctus in Cantico Canticorum deſignat;* Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ. Hanc Eccleſiæ vnitatem qui non tenet; tenere ſe fidem credit? qui Eccleſiæ renititur & reſiſtit, qui Cathedram Petri, ſuper quam fundata eſt Eccleſia, deſerit; in Eccleſiâ ſe eſſe confidit? Nemo fraternitatem mēdacio fallat. nemo fidei veritatem perfidâ præuaricatione cor-

Oſe. 5. 13.

Eccleſia vna eſt.

Cant. 6. 8. Cyp. de vnit. Eccl.

corrumpat. Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur; Eccleſia quoque vna eſt. Auelle radium ſolis à corpore; diuiſionem lucis vnitas non capit. ab arbore frange ramum; fractus germinare non poterit, à fonte præcide riuum; præciſus areſcet. Sic Eccleſia Domini luce perfuſâ per orbem totum radios ſuos porrigit; vnum tamen lumen eſt, quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur. Ramos ſuos in vniuerſam terram copiâ vbertatis extendit, profluentes largiter riuos latiùs expandit: vnum tamen caput eſt, & origo vna, & vna mater fecunditatis ſucceſſibus copioſa. illius fetu naſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu eius animamur. Adulterari non poteſt ſponſa Chriſti; incorrupta eſt & pudica, vnam domum nouit, vnius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit. Hæc nos Deo ſeruat; hæc filios regno quos generauit, aſſignat. Quiſquis ab Eccleſiâ ſegregatus adulteræ iungitur, à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur: nec perueniet ad Chriſti præmia, qui relinquit Eccleſiam Chriſti. Alienus eſt, profanus eſt, hoſtis eſt. Habere iam non poteſt Deum Patrem, qui Eccleſiam non habet matrem. Si potuit euadere quiſquam, qui extra arcam Noë fuit: & qui extra Eccleſiam foris fuerit, euadit.

Habere nō poteſt Deū Patrē, qui non habet Eccleſiam matrem.

9. *Denique Joannes VVicleff, Joannes Hus, Hieronymus à Pragâ, tres collegæ, tres hæreſiarchas ſæculi noſtri, Lutherum, Zvvinglium, Caluinum, & reliquam malam ſobolem docuerunt cunctas blaſphemias, conuitia, contumelias in Eccleſiam Chriſti adlatrare, in diuina Sacramenta, in pios & religioſos, in monaſteria & ſacras ædes, aduerſum omne quod ſacrum & ſalutare in Eccleſiâ eſt, maximè verò in Eccleſiæ caput Pontificem Max. At* quales putas eſſe eos, qui Sacerdotum hoſtes, & contra Eccleſiam Catholicam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri iudicij vltione terrentur? Neque enim aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quàm inde, quòd Sacerdoti non obtemperatur; nec vnus in Eccleſiâ ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur.

Cyp ep. 55

Hæreſes obortæ a Sacerdotum contemptu, & inobedientiâ.

10. *Scopum Præſcriptionis quē collineaui, tango, oſtendens hæreti-*

Hæreſes noſtri à veteribus emendicatas.

cos ſæculi noſtri ſuam ex multis ſectis impietatem emendicaſſe, & pernicioſas hæreſes conflauiſſe: vt reuerâ videatur eorum principium mendicorum veſtibus, quæ ex diuerſis pannis conſarcinantur, non diſſimile. *Nemo qui nouerit negare poteſt, ferè nihil à veterioribus hæreticis inductum, vnà etiam ab Eccleſiâ reprobatum, quod à noſtris nouatoribus non fuerit reductum & reuocatum.*

Theodor. præf. in Dialog. ſeu Polym.

Habendo conſortium prædicationis habent conſortium damnationis.

11. Eligant igitur ſibi tempora vniuerſæ hæreſes, quæ quando fuerint, dum non interſit quæ quando, dum de veritate non ſint; vtique quæ ſub Apoſtolis non fuerunt, eas dicere fuiſſe non poſſunt: ſi enim fuiſſent, nominarentur & ipſæ, vt & ipſæ coërcendæ. Quæ verò ſub Apoſtolis fuerunt, in ſuâ nominatione damnantur. Siue ergo eædem nunc ſunt aliquantò expolitiores, quæ ſub Apoſtolis rudes; habent ſuam exinde damnationem. ſiue aliæ quidem illæ fuerunt, aliæ autem poſteà obortæ ſunt, & quaſdam ex illis opiniones vſurpauerunt: habendo cum eis conſortium prędicationis, habeant neceſſe eſt etiam cõſortium damnationis; præcedente illo fine ſupradicto poſteritatis; quo, etſi nihil de damnatitiis participarent, de ætate ſolâ præiudicarentur, tantò magis adulteræ, quantò nec ab Apoſtolis nominatæ. Vnde firmiùs conſtat has eſſe, quæ adhuc tunc nunciabantur futuræ.

Tertull. de Præſ. 34.

12. His definitionibus prouocatę à nobis, & reuictæ hæreſes omnes, ſiue quæ poſteæ, ſiue quæ coætaneæ Apoſtolorum, dummodò diuerſæ; ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter notatæ ab eis, dummodò prædamnatæ; audeant reſpondere & ipſæ aliquas eiuſmodi Præſcriptiones aduerſus noſtram diſciplinam. Si enim negant veritatem eius; debent probare illam quoque hæreſin eſſe eâdem formâ reuictam, quâ ipſæ reuincuntur; & oſtendere ſimul vbinam quærenda veritas, quam apud illas non eſſe iam conſtat. Poſterior noſtra res non eſt, imò omnibus prior eſt: hoc erit teſtimonium veritatis vbique occupantis principatum.

Id. cap. 35.

Religio noſtra, quia prior, vera eſt.

PRÆ-

PRÆSCRIPTIO XVIII.

Principes hæreſum cum fautoribus plurimùm crudâ morte interiiſſe.

1. N*Vllum vnquam ſæculum hoc noſtro fuit pietatis ſterilius, nec feracius opinionum. quot rixæ! quot ſectæ diſſectæ! Exercent Eccleſiam, magno illius bono, magno ſuo malo. Vt medicus Theriacæ ſuæ viperam admiſcet ſalubri effectu: ſic decoquit Deus virus hæreſeon prouidentiæ ſuæ igne, publico bono.* Nam ſi doctrina Eccleſiaſtica ſimplex eſſet, & nullis extrinſecus hæreticorum dogmatum aſſertionibus cingeretur: non poterat tam clata, & tam examinata videri fides noſtra. Sed idcirco doctrinam Catholicam contradicẽtium obſider impugnatio, vt fides noſtra non otio torpeſcat, ſed multis exercitationibus elimetur. Propter hoc denique & Apoſtolus dicebat, Oportet & hæreſes eſſe, vt probati quique manifeſti fiant inter vos. hoc eſt dicere; Oportet hæreticorum thuribulis altare circumdari, vt certa & manifeſta omnibus fiat fidelium atque infidelium differentia. Cùm enim fides Catholica velut aurum cœperit fulgere, & prædicatio eius, vt argentum igne probatum, intuentibus reſplenduerit: tunc maiore cum turpitudine & dedecore, hæreticorum voces obſcuri æramenti vilitate ſordebunt. *Quemadmodum in pictâ eleganter imagine colores nigri etiam faciunt ad ornatũ: ita* malum bene ordinatum, & loco ſuo poſitum, eminentiùs commendat bona, vt magis placeant, & laudabiliora ſint, dum comparantur malis. Neque enim Deus omnipotens, quod etiam infideles fatentur, rerum cui ſumma poteſtas, cùm ſummè bonus ſit, vllo modo ſineret mali eſſe aliquid in operibus ſuis, niſi vſqueadeò eſſet omnipotens & bonus, vt benefaceret etiam de malo.

Exercent hæretici ſuo malo Eccleſiam, illius bono.

Aug. ſer. 98 de temp.

1. Cor. 11. 19.

Au. Enchi. cap. 11.

2. Nec tamen ideò bonum hæreſes, quia eſſe eas oportebat; quaſi non & malum oportuerit eſſe. nam & Dominum tradi oportebat, ſed væ traditori. *quomodo & alibi idem Chriſtus*; Væ mundo à ſcandalis; neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala;

Nec tamen ideò hæreſes bona.

Tertul. de præſcri 30.

Matth. 16. 24

Iud. 8. 7.

dala; verumtamen væ homini illi, per quem ſcandalum venit. *Vidit Deus ab æterno; ſed vidit, non coëgit; ſciuit, non ſanxit; prædixit, non præſcripſit. Præuidit, vt eo modo peccaretur, liberè ab humanâ voluntate, non ipſo auctore.* Equum inſideo & impello debilem & claudum: quòd impello, à me eſt; quòd debilem, ab ipſo. Citharam pulſo diſſonam & neruis malè vinctam: quòd tamen diſcordat, inſtrumenti vitium eſſe fatebere, non meum. *Simile hîc eſt. & à Deo quidem quòd mouere: à te, & in te, quod eſt malum, ſcandalum, hæreſis; ne quis etiam hinc hæreſim defendat aut hæreticos; ſed iure illis huiuſmodi comminationem intentatam ſciat maximè formidandam.* Nam hoc ipſum, væ, haudquaquam ſimplex verbum eſt; ſed eo maximæ minæ continentur. Nam eam nobis pœnam portendit, quæ neque verbis explicari poſſit, neque vnquam remittenda erit. Etenim hæc ipſa vox in diuinis litteris poſita eſt contra eos, qui futuram pœnam euitare non poterunt; *quales hæreticos eſſe in confeſſo eſt. quos etiam doctore B. Hieronymo didicimus* incurrere duplex væ, carnis & ſpiritus; præſentis ſæculi, atque futuri. *Pro bono vtiliquè futurum videtur, præcipuorum hæreſiarcharum & fautorum pœnas impietatis propter exempli metum repræſentare.*

[Lipſ. 1. Conſtant. 20.] [Vailu.] [Chryſ. de Virgin. 21] [In cap. 5. Amos.]

3. Simon Magus *hæreticorum omnium pater, vt initium dedit hæreſibus, ſic agmen omnium hæreticorum crudeliter punitorum ducet. De cuius horribili morte hæc tradit Arnobius.* Romani viderant curſum Simonis magi, & quadrigas igneas Petri ore difflatas, & nominato Chriſto euanuiſſe. Viderant, inquam, fidentem Diis falſis, & ab iiſdem metuentibus proditum, pondere præcipitatum ſuo cruribus iacuiſſe præfractis. Pòſt deinde perlatum Brundam, cruciatibus & pudore defeſſum, ex altiſſimi culminis ſe rurſum præcipitaſſe faſtigio. *Miſer cucurrit ad mortem pudore ſuffuſus, tum etiam tædio pœnæ: quam, cùm vitaret, incidit.* Mors enim naturæ finis eſt, non pœnæ.

[Simonis Magi mors] [Lib. 2. adu. Gent.] [Amb. in 17. Luc.]

4. Montanum *& inſanas vates periiſſe ſuſpēdio ſcribit Apollonius apud Euſebium.* Nam iſtos, ferunt ſpiritus veſani & perditi impulſu commotos, ſibi laqueo mortem cōſciuiſſe: & cun-

[Montanus cum mulieribus ſuſpendio interiit.] [Lib. Eccl. hiſt. c. 15. Hieron. Apollon.]

& eundem cum Iudâ proditore vitæ exitum adeptos, conſtans fama eſt.

5. Manes *auctor duorum principiorum (nempe boni, à quo omnia bona; & mali, à quo omnia mala) impius homines ad deos multos colendos hortabatur. Solem adorandum docuit, fatum introduxit tollens arbitrij libertatem. Animorum migrationem ex corpore in corpus tradidit. Chriſtum natum eſſe non vult, ſed tantùm ſpectrum fuiſſe. legem, & Prophetas abrogat, ſeipſum vocans Paracletum, & in epiſtolis ſuis Apoſtolum. Patriarcha fuit hagiomachorum, ſanctorum memorias exſecrans & reliquias. omnium hæreticorum deterrimus fuit.* Ambiens enim malis excellere, omnia congerens peſſima, vnam hæreſim blaſphemiis & ſceleribus refertam conflauit. *Sed impudentium mendaciorum debitas pœnas luit, idque talem ob cauſam.* Filio regis Perſarum in morbum delapſo, pater omnem (vt dicitur) mouebat lapidem, quo filius è morbo recrearetur. Ac de Manete certior factus, & eius præſtigias minùs fucatas eſſe ratus, tamquam Apoſtolum accerſit, ſpem animo concipiens filium morbo per eum leuatum fore. Accedit ille bonus vir, commenticiis præſtigiis filium regis aggreditur. Rex, vt viderat puerum in manibus eius occubuiſſe, hominem in carcere includere conatur, debito ſupplicio afficere parat. Iſte fugit in Meſopotamiam, ſicque vitæ conſulit. Cùm regi Perſarum nunciatum eſſet illum in illis partibus verſari, inde abripiendum curat: iubet viuum excoriari. pellem eius paleâ confarciri, ante portas ciuitatis appendi.

Manetis hæreſes. — Cyril. Hie. Catech. 6. — Socrat. 1. Eccl. hiſt. 17. — *Viuus excoriatur.*

6. Arius impius fictâ reſipiſcentiâ, ac fallacibus ſermonibus poſt ſuam damnationem aures placidiſſimi Imperatoris (*Conſtantini*) demulſit: ſumptiſque duobus libris, alterum, qui peruerſam ipſius opinionem continens ipſius manu ſcriptus erat, occultè ſecum habuit; alterum alienâ manu ſcriptum de ſententiâ Nicæi Concilij Imperatori tradidit; iurauitque ſe ita ſentire de religione, quemadmodum ſuâ manu ſcripſiſſet. hâc fraude Imperatorem ita decepit, vt Arium iuſſerit ſine morâ ab Alexandro Pontifice ſummo (*erat is Epiſcopus Conſtantinopolitanus*) in Eccleſiam

Cedr. cōp. hiſt. Conſtantino Imp. — *Arij fraus.*

recipi. Verùm Alexandex anxius, vt par erat; totam noctem ad Dominum precibus fuſis Arium peſſumdedit. Nam Arius, cùm poſtridie magno cum faſtu & oſtentatione ad Eccleſiam procederet, cùm in foro non procul à Curiâ abeſſet; ventre ſtimulante ad latrinam abiit, ibique ab Angelo ictus, inteſtina in latrinam egeſſit, atque exanimatus eſt.

Mors in foricâ turpis. *Hactenus Cedrenus, quæ paullò vberius Socrates.* Timor ex conſcientiâ ſceleris exortus Arium opprimit, cuius vi laxatur aluus... Hominem igitur animi defectio occupat, ac ſimul cum excrementis anus ſubitò delabitur, magna ſanguinis copia ſequitur, viſcera tenuia pariter effluunt, ſanguis cum ipſo ſplene & iecore effunditur, mortem continuò oppetit. 1. Eccleſ. hiſt. cap. 25

Valẽs Imp. Arianus viuus exuſtus. 7. Valens Imperator *ſectâ Arianus, Romano deleto exercitu, viuus exuſtus eſt hac cauſſâ.* Gothi anteà per Legatos ſupplices popoſcerunt, vt illis Epiſcopi, à quibus Chriſtianæ fidei regulam diſcerent, mitterentur. Valens Imperator exitiabili prauitate doctores Ariani dogmatis miſit. Gothi primæ fidei rudimentum, quod accepêre, tenuerunt. Itaque iuſto Dei iudicio ipſi eum viuum incenderunt, qui propter eum etiam mortui vitio erroris arſuri ſunt. Paul. Oroſ. l. 7. c. 33.

Olympius Arianus igneis iaculis incẽſus. 8. *Anaſtaſio Imperatore*, apud Carthaginem Olympius quidam Epiſcopus Arianus ſanctam Trinitatem in balneis blaſphemans, tribus igneis iaculis, angelo mittente inuiſibiliter, eſt combuſtus. M Polan. 492. Anaſtaſ. Imp.

Neſtorij mors horrenda. 9. Neſtorius Oaſim eſt relegatus, aut (vt alij tradunt) in Tharſum. ibi eum diuina vindicta arripuit. Nam putrefactio omnia eius membra inuaſit, maximè linguam eius ſceleſtam, quâ, Arij exemplo punitus, quantum potuit clamauit; Hactenus nobis perſuaſum non eſt, Mariam eſſe Dei genitricem. *Teſtatur Euagrius à quodam ſe accepiſſe* modum quo deceſſit è vitâ: nimirum eius linguam vermibus exeſam eſſe; ſicque eum ex huius vitæ miſeriis ad grauiora ſupplicia iuſto Dei iudicio infligenda, eaque ſempiterna, migraſſe. *Horrẽdum, quod de eius morte tradit Nicephorus Calliſtus*; Theodoſij iuſſionibus, in extremis Thebarum oris, locum ex loco Cedren. Theodoſ. Imp. Lib 1. Eccl. hiſt. c. 7. Li. 14. Eccl. hiſt. c. 36.

ex loco mutans, verſatus eſt. vbi terrâ ruptâ coopertus atque oppreſſus, vitam hanc, pro eo atque blaſphemię eius conueniebat, amiſit: Arius alter vltimo vitæ ſuæ actu habitus, qui quidem ſatis, quæ præmia in Deum iactas blaſphemias maneant, declarauit. Vterque ſanè ex æquo in Chriſtum blaſphemus fuit: quem Arius quidem creaturam, iſte autem merum hominem eſſe dixit.

fideli premeremus ſilentio, ne quid in lucem proferretur. tum vt expeditum laqueo fœdum Lutheri cadauer in lectum collocaremus. denique in hominum vulgus ſpargeremus, dominum meum Martinum repentinâ morte ex hac vitâ diſceſſiſſe: id quod & precibus illorum Principum, & non ſecùs quàm adhibiti Dominico monumento vigiles, amplis corrupti promiſſis facturi eramus, niſi vis quædam inſuperabilis veritatis aliud perſuaſiſſet: quæ vel hominum metu ſeu reuerentiâ, vel lucri ſpe aliquamdiu quidem premi poteſt, ſed extimulante religionis, vel conſcientiæ œſtro, in perpetuum opprimi non poteſt. *Nota.*

28. *Committere non poſſum, quin adſcribam quæ Luthero ſub mortem, atque à morte damnatæ eius animæ contigiſſe ſcribit*
Lib.7.Collat.ſac.cap.39. *Tilmannus Bredebacchius his verbis*; Narrauit mihi Ven. dominus N. ætate, doctrinâ, & vitę ſanctimoniâ commendatiſſimus, atque etiamnum ſuperſtes, eo ipſo die, quo nouus Euangeliſta Martinus Lutherus defunctus eſt, vniuerſos dæmoniacos, qui id temporis ad Gheelam Brabantiæ ſpe liberationis, quam apud corpus S. Dymnæ diuino beneficio plurimi iſthîc iam inde à multis retrò annis conſequi ſolent, aduecti erant, à teterrimis illis & horrendis dæmonibus hoſpitibus ſuis liberatos: poſtridie verò ab iiſdem rurſus obſeſſos & diſcruciatos fuiſſe. Dæmones verò cùm interrogarentur, vbi pridie delituiſſent, reſpondiſſe, Principem ipſorum & Archidæmonem præcepiſſe, vt vniuerſi ſpiritus maligni ad ſui prophetæ, & fidelis cooperarij D. Martini Lutheri exequias confluerent: congruere enim, vt qui quamplurimos ad inferos ſeduxiſſet, quamplurimis ad eoſdem ſolemniter deduceretur. Hanc hiſtoriam cùm in præſentiâ quorundam honoratorum virorum referrem, quidam magni Principis Conſiliarius ſubiunxit, ſe fuiſſe Iſlebij in ædibus paternis Lutheri, in quibus & defunctus eſt, ibidemque paullò ante mortem Lutheri quendam Luthero à multis annis ſeruientem, fortè è feneſtrâ cubiculi, in quo id temporis erat Lutherus, fontē riuulos ſuos grato murmure emanantem voluiſſe conſpicere: in cuius margine mox ille *Dæmones multi comitati animam Lutheri ad infernum.*

viderit plurimos teterrimos cacodæmones huc illuc ſaltitantes. quo viſu cùm ille vehementer percelleretur, animoque & vultu totus mutaretur, rogaſſe Lutherum palloris iſtius & ſubitæ mutationis cauſam. Quam cùm ille celaret, tandem reſumpto ſpiritu rurſus paululum è feneſtrâ proſpexerit, ac denuò dæmones terribilibus teterrimarum beſtiarum formis aſpiciēs, maiori horrore ac trepidatione concuſſus ſit. Cumque rurſus Lutherus inſtaret, vt quid vidiſſet ediceret; tandem illum rem viſam Luthero aperuiſſe. Qui cùm paullò pòſt defungeretur, & cadauer Iſlebio Wittenbergam veheretur, toto illo itinere innumerabilem coruorum horrendum in modum crocitantium multitudinem funus ſuperuolaſſe, ac Wittenbergam vſque comitatum ſuum præſtitiſſe. Atque hi proculdubio fuerunt iſti, (aiebat idem ille Conſiliarius) qui mandato Principis & Archidæmonis ſui vaſa, quæ priùs occupârant, dimittentes, ad exequias Martini Lutheri confluxerunt: ne quiſquam iſtorum tantis deeſſe videretur ſolenniis.

Corui funus eius comitantur multi.

Idē refert Io. Haren.

Laur. Surius commemorat, cadauer Lutheri ſtanneo incluſum loculo, cum multâ equitum & peditum turbâ, & pompâ ingenti, VVittenbergam non ſine multorum lachrymis reductum eſſe. *Vnde magis mirandum, quod Thomas Bozius adnotat*, Hiems erat ſumma, cælum regioque frigidiſſima: & tamen ex illo cadauere fœtor intolerabilis exiſtebat.

Comm. an. 1546.

Lib. 15. de ſig. Eccleſ. c.8. ſig. 65.

Michaelis Serueti hæreſes.

29. Michael Seruetus *Hiſpanus* euangelij noui nouo quoq; ſpiritu inflatus, etiamnum adoleſcentulus, annos viginti quinque (teſte Caluino) nondum natus, vnicum ſeſe orbis prophetam iactitabat. *Hic*, in Africam profectus Alcoranum cùm didiciſſet, doctrinam ſuam in Mahumetiſmum transformauit, vt inquit Palladius Catalogo hæreſcôn. Deum eſſe vnicam perſonam: negat enim in Chriſto ex virgine nato duas eſſe naturas: Spiritum ſanctum quoque negat eſſe tertiam perſonam. De peccato & iuſtificatione tantùm loquitur vt Philoſophi & Phariſæi. *Geneuam cùm veniſſet, ſtruente Caluino captus eſt. qui* tanto feruore, tamque ardenti ſtudio, eiuſque ſocij neci eius procurandæ inſtiterunt,

Lind Dub. dial. 3.

Prateolus lib. de hæret.

Hier. Bolſ. de vitâ Caluini c.4.

Sur. Com. ad á. 1555. runt, vt viuus lento igne exuſtus cum fuerit. *Et quidem* Sleidanus Serueti necem non improbat, non probaturus, vt apparet, ſi Pontifex, aut Catholici eam hæretico illi intuliſſent. In ſummâ; quicquid facit Lutherus, Caluinus, Zvvinglius, & id genus peſtes, id nõ poteſt non eſſe Euangelicum: ſi quid eiuſdem generis faciat Pontifex Romanus, ſæua tyrannis eſt, & facinus antichriſtianum. *Lento igne exuſtus eſt.*

De vitâ Caluini. cap. 22. 30. Ioannes Caluinus *qui exceſſerit, verbis Hieronymi Bolzec perſcribã*. Scribit Beza pthyſi, cholicâ, aſthmate ſeu reſpirãdi difficultate, calculo, podagrâ, hæmorroïdibus vexatũ fuiſſe, præter ſibi familiarem hemicraniã, & acres capitis dolores, quibus plerumque torquebatur. Prætereà eo quoque morbi genere afflictũ conſtat, quo iuſto Dei iudicio quoſdam manifeſtos & apertos Dei hoſtes, qui diuinum honorem atque gloriam inuaſerant, ſibíque vſurparant, vexatos punitoſque legimus; id eſt pedicularis. Nam & hi vermes totum eius corpus peruaſerunt, & fœtidiſſimo ac virulentiſſimo circa verenda vlcere, vermibus has ſic fœdè vlceratas partes miſerrimè corrodéribus, percuſſus eſt. Quicquid ſcribat Beza, quantumuis ſe illis, qui mortem eius impiè traductæ vitæ amplum ſatis teſtimonium tuliſſe cenſent, opponat, & Caluinum filiorum Dei morte ex hac vitâ exceſſiſſe contendat; veriſſimum tamen eſt, quòd grauiſſimos dolores & aſperrimos cruciatus, quibus Dei in illum ſeuerâ grauiſſimaque manu ingruente excruciabatur, non ferens, dæmonibus inuocatis, iurans, execrans & blaſphemans exſpirauerit; cuius teſtimonium perhibuêre, qui decumbenti ad extremum vſque halitum miniſtrauerunt. Idcirco neget, quantum volet Beza, negentque alij, ſatis ſic ſe rem habere exploratum eſt. imò hoc etiam, quòd diem atque horam deteſtatus ſit & execrârit, quam vnquam ſtudiis vel ſcriptionibus impendiſſet; cùm ex vlceribus, totoque corpore grauiſſimi fœtores emanârunt, ob quorum grauiolentiam & ſibi ipſi grauis, & quæ eum circumſtabat, familiæ erat. Quam cauſam fuiſſe etiam hi eius domeſtici narrarunt, Id. cap. 26. quòd viſitari ſe nollet. *Denique quòd* iurans, blaſphemans, *Nota.*

Caluini triſtis mors. *Dæmonib. inuocatis deſperabundus moritur.*

execranſque Deum, & extremâ deſperatione extinctus ex hac vitâ migrauit, cauſa fuit, vt oſtium occluderent, & ad eum inuiſendum neminem admitterent: ne videlicet occaſio rudibus & miſerè ſeductis aperiendi oculos ſuos hinc daretur, qui eius doctrinâ capti, eique nimiùm addicti, contrarium, quàm quod erant perſuaſi, cernere atque inſtrui ſic potuiſſent. *Joannes Haren olim Caluini diſcipulus, nunc pius Catholicus, exceſſui funeſto Caluini interfuit, vidit, notauit: conteſtatur ipſum perpetuis, abominabilibus, fœdis morbis tortum, quos Deus perduellibus & hoſtibus ſuis in ſacris litteris interminatur; denique mortem eius dubiam & anxiam fuiſſe.* Libro citato.

31. *Domeſticis etiam abundamus exemplis. Sæculo noſtro exulceratiſſimo pleroſque Catholicæ matris perſecutores, cùm ſummum tyrannidis faſtigium aſcendiſſent, miſerè deiectos horribilem obiiſſe mortem; ſi cui videre lubeat, ſpectatum abeat Theatrum crudelitatum hæreticorum editum ſtudio Richardi Verſtegani. habet exempla minimè pœnitenda, ſed lectu vnà & obſeruatu digniſſima.* In peroratione.

Mors vnde bona vel mala. 32. *Non eſt magnum viuere: viuunt beſtiæ, viuunt etiã arbores:* benè mori, aut malè ad rẽ pertinet. *Mors eſt bonis bona, malis mala*. Precioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius: Pſ. 115. 15. *contrà*, Mors peccatorũ peſſima. *Qualitas mortis æſtimanda ex* 33. 22. *vitâ*. Mala mors putanda non eſt, quam bona vita præceſſit. *Nec poteſt quis ſortiri mortem bonam, qui probitate vitæ ſe non comparauit ad illam.* Sicut vita ipſa bonum eſt, ſi cum virtute viuatur; malum, ſi cum ſcelere: ſic & mors ex præteritis vitæ actibus ponderanda eſt. ita fit, vt, ſi vita in Dei religione tranſacta ſit, mors malum non ſit, quia tranſlatio eſt ad immortalitatem; ſin aliter, malum ſit neceſſe eſt: quoniam ad æterna ſupplicia tranſmittit. Aug. 1. de Ciuit. c. 11. Lact. 3. diu. inſt. c. 18.

Vita hæreticorum qualis. 33 *At tu, mi Lector, hîc gradum ſiſte; & paucis hæreſiarcharum æui noſtri, & ex aduersùm Sanctorum Ordinis Franciſcani vitam, mores, morteſque componamus*: *quamuis* nihil ſit fœdius, nihil indignius, quàm comparare veneranda contemptis. *Qualis igitur vita iſtorum? nempe qualis fuit omnium hæreticorum patris Simonis Magi, reliquorumque ſectariorum: tenebricoſa, ſcelerata,* Sen. ep. 92.

*rata, laſciua, ſoluta, fræna laxans libidini & voluptati, fœda,
inflata, tumida, arrogans, turbida, inconſtans, erratica; errorum,
quàm Lybia monſtrorum, feracior; inquieta, crudelis, incerta,
inſtabilis: & tamen, ſi Dijs placet, illis beata, ſed quaſi per ſom-
nium, reuerà infelix & miſera, quam mors ſequitur omnium infe-
licißima, cruda vt plurimum & dura, vltrix malorum, inopinata,* Mors infauſta.
*mœſta, dira, tenebris operta & horribilis, anxia & pauida, dete-
ſtanda: non tamquàm exeant è vitâ, ſed extrahantur. Et verò
extrahuntur, quando humani generis hoſtis ad rapiendas animas
peccatorum tunc maximè irruit: & quos viuentes blanditiis de-
ceperat, morientes ſæuiens rapit. Quid de miſerorum funeribus?
quo loco, & honore ſunt? quæ miracula faciunt? quibus languidis
ferunt opem? nihil agunt, ſed neque quidquam poſſunt damnata
corpora hominum impiorum: putent, fœtent, horrori ſunt omnia
illorum nomina, ſeu animas ſpectas, ſeu corpora.*

34. *Porrò autem noſtrorum, qui cum Chriſto regnant, qui mo-* Vita qualis Sanctorum.
*res, quæ vita? Beati illi! quia ſemper pauidi, circumſpecti in verbis
& actionibus; vti de omnibus reddituri rationem in illo terribili
tribunali. Quorum vita arcta, laborioſa, fructuoſa; nihil ex illâ
aliò atque aliò ſpargitur; nihil inde fortunæ traditur; nihil interit
negligentiâ; quieta, modeſta, quam ingens ſequitur animi tranquil-
litas. placida in actu, cum humilitate multâ, & ſollicitâ curâ con-
uerſantium; cui voluptas eſt voluptatum contemptio; cui vnum
bonum virtus, vnicum malum vitium; cui comes hilaritas conti-
nua & alta lætitia, eáque ex alto veniens. Vita in recto* (Beatus
Sen. enim nemo dici poteſt extra veritatem proiectus) *certóque
indicio ſtabilita, & immutabilis. talis denique, quæ ad mortem
certo gradu eat, firmâ ſpe, magnâ fiduciâ; atque ideò lucem placi-
dißimè reddens, ſeipſam cum beatâ morte commutat. Viuere totâ* Mors beata
*vitâ iſti didicerunt, ſiue potiùs totâ vitâ mori, vt ſemel feliciter
morerentur: atque ita conſtanter mortem exceperunt, læti &
hilares, cùm ſe diu ad illam parauiſſent.*

35. *Hinc occurſus Chriſti, Diuæ Virginis matris, Angelorum, reli-
quorumq; cæleſtium incolarũ: inde auditi cantus omne melos ſupe-
rantes. Sed quiſnam gaudium beatorum pro rei dignitate poterit* Lætus exceſſus.
explicare? Alij trepidant, cùm à ſe propè ſentiunt eſſe mortem: hi

cupiunt

cupiunt diſſolui, & eſſe cum Chriſto *iuſto iudice, qui reddet* Phil.1.23.
pro certamine coronam, pro labore mercedem, pro fide præmium, pro felici curſu brauium. Hic finis viuendi optimus, cùm ad finem mortalitatis accedentes moriendo veniant ad immortalitatem; atque ex hac breui vitâ, tamquàm è carcere quodam exſiliant, educanturque ab ipſo Chriſto ad illam optimam vitam. Me miſerum! Moriatur anima mea morte iuſtorum! *Enimuerò* precioſa in Nu.23.10.
conſpectu Domini mors Sanctorum eius. *Precioſa verò*, quæ Pſ.115.15.
coronam accepit de conſummatione virtutis. *Precioſa, quorum corpora theſauri theſauris omnibus precioſiores; quorum amabiles Reliquiæ in tanto precio; quorum tanta vis, potentia, effecta, & miracula.*

36. *Nam quæ miracula ſacræ horum Reliquiæ non operantur? Membra benedicta, capita, linguæ, cerebrum, & tota corpora incorrupta hodieque perſeuerant. Sancti Franciſci funus per ſe ſtetiſſe viuentis habitu aliquando viſum eſt. Illius corpus oleum largiſsimè fudit: alius nares ſanguinis flumen profuderunt. & quid opus eſt recenſere ſingula? Sciunt & ſtupent Chriſtiani; irrident impij.* Solent oculis clauſis denegare, qui nō credunt factum eſſe, quod nolunt. *Abeant maligni iſti Aſſiſium, Patauium, Aquilam, Complutum; videantque, quæ mira Deus per beata corpora Franciſcanorum efficiat. Nam ſuauiſſimum ex ſe adſpirant odorem: ægros, morbidos, infirmos curant, ſanant, confirmant. Rectificant claudos, cæcos illuminant, nec rarò reſuſcitant mortuos. Quid refert, & ſi aduerſarij non credant? Porrò autem faciunt. Sed quid ſimile Lutherus noſter, tertius iſte Elias? quid turbulentus Zvvinglius? quid ſtigmaticus Caluinus, nouus ille propheta, qui errare neſciat? Et tamen* corui luſciniis honoratiores. *Nam iſti ſancti, amici Dei, beati: contrà noſtri, miſeri, mendaces, ſeductores, æternùm damnati. O iudicia hominum iniquorum!* Væ qui Iſa.5.20.
dicitis malum bonum, & bonum malum; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras; ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum! *Ita pendent noſtra iudicia: & id optimum nobis videtur, quod laudatores multos habet; non id, quod laudandum eſt.* Nec viam bonam ac malam per ſe æſtimamus, ſed Sen.de vitâ bea.18.
turbam veſtigiorum, in quibus nulla ſunt redeuntium. *Tu, mi*

Miracula Sanctorum Franciſcanorum.

Hier.dial. adu. Lucif. cap.7.

Nota.

mi Lector, ſi credis iſtos beatos, & exaduerſum noſtros damnatos: credes etiam fabulam non fabulam; Gigantes illos, horumque fraterculos, cælites omnes cælo deturbaſſe, regnumque cælorum ſibi aſſeruiſſe.

PRÆSCRIPTIO XIX.

Hæreticos veritate defectos, mendacio ſubnixos, veritatem ſibi arrogare, prauâ laborantes opinione.

1. CHriſtus Saluator cum Iudæis grauiter diſceptãs, patrem eorum diabolum, quem imitabantur, his coloribus depin- *Diabolus mendax.*
Io. 8. 44. *xit*, Mendax eſt, & pater eius. *Nam* quomodò Deus Pater
Aug in Io. trac 42. genuit Filium, Veritatem: ſic diabolus lapſus genuit quaſi
*Id. 14 Ciuit. 3. filium, mendacium. * Primus eſt quippe mentitus: & à quo
* Bern. ſer. 1. de aduẽt. peccatum, ab illo cœpit mendacium. * Nam & mendax
Iſa. 14 14. fuit, dicens; Similis ero Altiſſimo: & mendacij pater, cùm
in hominem quoque venenatum ſuæ falſitatis ſeminarium
Gen. 3. 5. effudit, dicens; Eritis ſicut Dij. *Qualis diabolus, tales eius filij paternam hereditatem adeuntes. Vt pſeudoprophetæ aduerſus veros prophetas, Iudæi contra Chriſtum, ſic contra Catholicos omnes hæretici, mendaciis & fallaciâ quaſi propriis artibus gau-*
Iſa. 28. 15. *dent. Hi tales in ſacris litteris notantur ipſis operibus dicere*; Po- *Hæretici ſpem ponũt medacium.*
ſuimus mendacium ſpem noſtram, & mendacio protecti ſumus. *Quot mendacijs Ariani, quot alij aduerſus Orthodoxos ſe protexerint, alius referat, cui hoc propoſitum. & tamen mendaces ipſi ſibi modò ſolis arrogant veritatem, vt ſpecioſo nomine ſimplices decipiant. Et verò decipiunt, cùm piſcatorum more ſto-*
Lac. lib. 1. cap. 1. *lidulis iſtis gratiſſimam præferunt eſcam veritatis*. Nullus enim *Nota.*
ſuauior animæ cibus, quàm cognitio veritatis. *Idcirco & iſti*
Nazian. orat. de fide per veriſimilem confeſſionem innocẽtium mentes occultâ fraude ſeducunt. &, vt ſolet letale poculum mellis dulcedine temperatum, ſuauitate fallente perimere: ſic & hoc malum per blandimenta aurium, audientium ſenſus quadam labe contaminans, contagione adhærentes inficit. *Aduigilandum cui ſalus ſua cordi eſt, vt ad inueniendam veritatem omne ſtudium*

conuertat in hoc mari nouorum mendaciorum. atque eò multò maximè, quia hæreſis ex veritate accepit, quod ad mendacium ſuum ſtruit. Tert. adu. Praxeam. cap. 8.

2. *Veritatem fidei & doctrinæ Chriſtianæ dum nos à maioribus acceptam, & per manus traditam, velut* depoſitum cuſtodimus, 1. Ti. 6. 20. *hæretici plus ſecum licet quàm nobiſcum diſſideant, nobis tamen eripere, & ſibi falsò conantur vſurpare, dum conſtanter illam nobis aſſerimus. Iſti* apud nos ſunt hæretici, apud ſe non Saluia. l. 5. de prouid. Dei. ſunt. Nam in tantum ſe Catholicos eſſe iudicant, vt nos ipſos titulo hæreticæ appellationis infament. Quod ergo illi nobis ſunt, hoc & nos illis... Veritas apud nos eſt: ſed illi apud ſe eſſe præſumunt. *Serram itaque per eandem lineam reciprocantes, ſine vllâ ſpe bellamus induciarum. Verùm vt ſcias à quibus ſtet veritas, hoc poſitum eſto*: Vt Deus ante diabolum eſt, ſic veritas fuit ante mendacium; *& doctrina Catholicæ fidei ante dogmata inducta hæteticorum. Aduerte animum. Lutherus ipſe ingenuè fatetur, aliter quàm docuerat, ante ſe prædicatũ in mundo, aliter creditum. ait*; Ep. ante Alcor. Germanicũ pag. 315 1. Alcor. Volui hac meâ præfatione teſtimonium ferre, quod reuerâ ſic prædicatum & creditum ſit in vniuerſo mundo. *Aliter crediderunt hæretici antequam Eccleſiam desererent.* Sic, *inquit, quomodò? quomodò & ſe aliquando ſenſiſſe teſtatur. ſubiungit enim hæc verba*; Etenim hoc Ind. p. 317. te neutiquam fugere debet, & me Martinum Lutherum, qui & adhuc ſuperſum, & hæc ſcribo, vnum de grege illorum fuiſſe, qui hæc & credere & adorare coacti ſunt. *Quid igitur? an Eccleſiam, Luthere, deſeruiſti? O inſanum caput! ipſe fers ſententiam, te Chriſti ouile, in quo fueras, deſeruiſſe; atque adeò exemplo tui patris diaboli in veritate non ſtetiſſe, in Eccleſiâ Chriſti non perſeueraſſe, certè* proprio iudicio condemnatus. Io. 8. 44. Tit. 3. 11.

Hæreſes ab electione. 3. *Dictum* Hæreſes dictas græcâ voce ex interpretatione Sup. Præf. 15. § 12. Tertull. de Præſ. 6. Tit. 3. 11. electionis, quâ quis ſiue ad inſtituendas, ſiue ad ſuſcipiendas eas vtitur. Ideò & ſibi damnatum dixit (*Paullus*) hæreticum, quia & in quo damnatur ſibi elegit. Nobis verò nihil ex noſtro arbitrio inducere licet, ſed nec eligere, quod aliquis de arbitrio ſuo induxerit. Apoſtolos Domini habemus auctores, qui nec ipſi quicquam ex ſuo arbitrio quod inducerent elegerunt: ſed acceptam à Chriſto diſciplinam fideliter natio-

Gal.1.8. nationibus adſignauerunt. Itaque etiamſi angelus de cælis
aliter euangelizaret, anathema diceretur à nobis. *Sed ab initio*
& Chriſtus & Apoſtoli prædixerunt ex Catholicis futuros hære-
1.Io.2.19. Præſ.15. *ticos, quod antè præſcripſimus; ex nobis prodituros, qui non erant*
ex nobis: vt mirum non ſit nouiſſimis temporibus his, quibus fides
Luc.18.8. Tertul.de Præ.3. Io.6.66. *defectura prænunciatur, multos exiſtere deſertores.* Nonne ab *Propter nonnullos deſertores cæteri non debent eſſe tales.*
ipſo Domino quidam diſcentium ſcandalizati deuerterunt?
nec tamen propterea ceteri quoque diſcedendum à veſtigiis
eius putauerunt: ſed qui ſcierunt illum vitæ eſſe verbum, &
à Deo veniſſe, perſeuerauerunt in comitatu eius vſque ad
finem; cùm illis, ſi vellent & ipſi diſcedere, placidè obtuliſſet.
1.Tim.4.1. Minus eſt, ſi & Apoſtolum eius aliqui reliquerunt. *minimum,*
ſi nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, atten-
dentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum. *Tales*
Tert. de Præſ.36. *prorſus, qui deſeruerunt Eccleſiaſticam inſtitutionem,* de quâ hæ-
reſes prodierunt: ſed non fuerunt ex illâ, ex quo factæ ſunt
aduersùs illam. Etiam de oliuæ nucleo mitis & opimę, & ne- *Nota.*
ceſſariæ aſper oleaſter exoritur; etiam de papauere fici gra-
tiſſimæ & ſuauiſſimæ ventoſa & vana caprificus exurgit. Ita
& hæreſes de noſtro fructificauerunt non noſtræ, degeneres
veritatis grano, & mendacio ſilueſtres.

Hiero. 24. q.3.c.32. 4. Veteres ſcrutans hiſtorias inuenire non poſſum ſcidiſſe
Transferūt Eccleſiam, & de domo Domini populos ſeduxiſſe, præter
eos qui ſacerdotes à Deo poſiti fuerant & prophetæ, id eſt,
ſpeculatores. Iſti tansferunt terminos, quos poſuerunt pa- *Veritatem venditant ipſi mendaces.*
tres eorum, quando immutāt mendacio veritatem, & aliud
prædicant, quàm ab Apoſtolis acceperunt. *Cuncti hæretici,*
Aug. 3. Conf.6. *quemadmodum olim Manichæi,* homines ſuperbè delirantes, &
carnales nimis & loquaces: in quorum ore laquei diaboli, &
viſcum confectum commixtione ſyllabarum nominis Dei,
& Domini Ieſu Chriſti, & Paracleti conſolatoris Spiritus
Sancti. hæc enim omnia non recedebant de ore eorum, ſed
ſono tenus, & ſtrepitu linguæ; ceterùm cor inane veri. Et
dicebant; Veritas, Veritas: & nuſquam erat in eis, ſed falſa
Cyril.Hie. catech.4. loquebantur. *Eundem in modum* imitatur virtutem improbi-
tas, & zizania contendit triticum videri: quod quidem

ſpecie quadam tritico aſſimilatur, guſtu autem à ſentientibus facilè diſcernitur.

5. Ingerunt nobis primùm nomina veritatis, vt virus falſitatis introëat. *Nam* tanta eſt hæreticorum calliditas, vt falſa veris, malaque bonis permiſceant; ſalutaribus rebus pleruinque erroris ſui virus infecerunt, quò faciliùs poſſunt prauitatem peruerſi dogmatis ſub ſpecie perſuadere veritatis. *Sed tamen* quamuis conentur veritati miſcere mendacium: oleum aquis, & cæteris humentibus & liquentibus rebus non poteſt copulari. Semper veritas ſuprà eſt, deorſumque mendacium. *Dandum eſt tempus*: veritatem enim dies aperit. *Verè dictum*; Occultari poteſt ad tempus veritas, vinci non poteſt. Florere poteſt ad tempus iniquitas, permanere non poteſt. *Nec pretiũ eſt de his plura dicere; illud duntaxat*: Semper imitatur mendacium veritatem: &, niſi habuerit aliquam ſimilitudinem recti, nõ poteſt decipere innocentes.

Hilar. 6. de Trin. Iſid. 3 de Sũ. bon. 12.

Emergit veritas in tempore.

Hier. in 12. Oleæ.

Senec. 2. de ira. 22. Aug. in Pſal. 61.

Etſi mendaciũ ſpecie recti decipiat.

Hie. in Ier. cap. 25.

6. *Porrò autem miſerè decipiuntur, qui nihil omnino ſciunt, niſi quod à doctoribus ſuis audiũt.* Itaque traditio eis magiſtrorum ſuorum, & doctrina inueterata quaſi lex eſt, qui hoc ſciunt quod docentur. hæretici ergo ſunt, ſed non ſcientes. impij ſunt; ſed hoc putant veram eſſe pietatem. Errant ergo, ſed bono animo errant; non odio, ſed affectu Dei honorare ſe Deum, atque amare credentes. Quamuis non habeant rectam fidem, illi tamen hoc perfectam Dei exiſtimant charitatem. Qualiter pro hoc ipſo falſo opinionis errore in die iudicij puniendi ſint, nullus poteſt ſcire, niſi iudex. Interim idcircò eis, vt reor, patientiam Deus commodat; quia videt eos, etſi non credere, affectu tamen piæ opinionis errare; maximè cùm ſciat eos ea facere quæ neſciunt; noſtros autem negligere quod credunt: ac per hoc illos magiſtrorum peccare vitio, noſtros ſuo. illos ignorantes, noſtros ſcientes. illos facere, quod putent rectum; noſtros quod ſciant eſſe peruerſum. Et ideò iuſto Dei iudicio illos patientia Dei ſuſtinet; nos animaduerſione caſtigat: quia ignoſci aliquatenus ignorantiæ poteſt, contemptus veniam non meretur. Sic enim ſcriptum eſt; Seruus qui neſcit volũtatem domini ſui, & non

Saluia. lib. 5. de proui. Dei.

Hæreticis, quia ignorantes peccant, Deus parcit.

Luc. 12. 47.

& non facit eam, vapulabit paucis: qui autem ſcit eam, & non facit, vapulabit multis.

Ind. 7. Non ergo miremur, quòd multis cædimur: quia non inſcientiâ, ſed rebellione peccamus. Scientes enim bona, non benè agimus; & diſcretionem recti ac praui intelligentes, praua ſectamur. legem legimus, & legitima calcamus. & ad hoc tantùm præceptorum ſacrorum ſcita cognoſcimus, vt grauiùs poſt interdicta peccemus. Deum colere dicimus nos, & diabolo obtemperamus. & poſt hæc volumus, vt bona à Deo accipiamus, cùm mala ſemper malis addamus. Fieri voluntatem noſtram à Deo cupimus; cùm Dei nos facere nolimus: quaſi nos ſuperiores Deo eſſemus, agimus. Volumus vt voluntati noſtræ Deus iugiter pareat; cùm omnes nos voluntati eius iugiter repugnemus: ſed ille iuſtus eſt, licet nos ſimus iniuſti. Caſtigat enim, quos caſtigandos putat: patitur, quos putat eſſe patiendos. Vtrumque ad vnam rem vult proficere: vt & caſtigatio in Catholicis peccandi refrænet libidinem; & quandoque hæreticos patientia Dei faciat plenam fidei noſcere veritatem: maximè cùm ſciat eos forſitan non indignos fide, quòd videat Catholicis vitæ comparatione præſtare.

Catholici puniuntur quia ſcientes peccant.

Nota.

PRÆSCRIPTIO XX.

Proprium eſſe hæreticis, nedum Catholicos, ſed & ipſos Diuos maledictis inceſſere; virtutes eorum & pietatem deſannare.

Cic. declã. in Salluſt. 1. O*Lim dictum*; Maledicit, qui non poteſt verum ab altero audire. *Prorſus ita nobis aduerſarij noſtri. Sed*

Sen. 3. de Ira. 27. *non eſt quòd cum illis paria faciamus*. Nam quis ſatis ſibi conſtare videatur, ſi mulam calcibus repetat, & canem morſu? *Solita conuitia conferant*; non conuitiari putabo, ſed vagire

Id. de Vitã bea. c. 26. velut infantes miſerrimos: *tamen vt tacere diſcant, qui loqui neſciunt, ſuadendi. Obſeruatum eſt dæmones inter ſe alios aliis probroſa dare nomina, talia etiam imponere hominibus. Hoc ipſum*

Iniuria niſi à malis tentatur in bonos.

filij eorum hæretici generoſè imitantes, in aliorum contumeliam ve-nuſti ſunt; quomodò Iudæi docti à dæmonio contumelioſè Chriſto ingerebant; Dæmonium habes. *denique iam ipſum mortuum vocabant* ſeductorem: *& quidem* ad ſolatium ſeruorum ſuorum, quando dicuntur ſeductores. *Neque hoc mirum.* Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt: quantò magis domeſticos eius? *Vides iniuriam bonis inferri à diſparibus? Nam* iniuria in bonos non tentatur, niſi à malis. Io 8.48.52 Matth.27.63. Aug. in Pſ. 63. Matth.10.25. Sen. de Conſt. Sap.7.

Maledicūt mali, cōtrà benedicunt boni. 2. *Maledicere malorum eſt; vnde & Chriſtus ad ſuos maledicos;* Progenies viperarum, quomodò poteſtis bona loqui, cùm ſitis mali: ex abundantiâ enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono theſauro profert bona, & malus homo de malo theſauro profert mala. *Rectè Hebræus Sapiens;* Qui profert contumeliam, inſipiens eſt. *Contrà, bonorum eſt conſtanter ferre maledicta & contemnere: &, quod omnia ſuperat, maledicentibus ſibi benedicere; cùm plerumque Dominus* reddat bonum pro maledictione: *quia ſcriptum legimus;* Maledicent illi, & tu benedices. *Quamobrem etiam hortatur Apoſtolus;* Benedicite & nolite maledicere. *item;* Maledicimur & benedicimus. *Et nos etiam illis inſanis ex intimo pectore ſaniorem mentem precamur.* Non eſt in rixam colluctationemque veniendum, procul auferendi pedes ſunt: & quicquid horum ab imprudentioribus fiet (fieri autem niſi ab imprudentibus *non* poteſt) negligendum. Matth.12.34. Pro.10.18 2.Reg.16.12. Pſ.108.28. Ro.12.14. 1.Cor.4.12 Sene. de Conſtant. Sap.19.

Hæretici victi ad maledicta ſe conferūt. 3. *Scimus*, non ſolùm impulſu ſcutorum, neque conflictu corporum, neque ictu cominùs, neque cōiectione telorum, ſed ſæpè clamore ipſo militum magnas copias pulſas eſſe. *Nos aliter: non cedimus imbelles, & interriti in fronte inſtamus, maximo clamore & infeſtis ſignis concurrimus.* Duritia ſilicis nulli magis, quàm ferientibus nota eſt. *Veruntamen* iſtæ ſunt machinæ hæreticorum, vt conuicti de perfidiâ, ad maledicta ſe conferant. Sic Euſtachius Antiochenus Epiſcopus filios dum neſcit, inuênit. Sic Athanaſius Alexandrinæ vrbis pontifex tertiam Arſenij amputauit manum; duas enim, qui mortuus fingebatur, viuens poſteà habere monſtratus eſt. Cicer. pro Cæcinna. Se. de Vitâ beata.c.27. Hier. Apol. 3. adu. Ruf. ca.11.to.2.

eſt. *Talia iſti etiam de Eccleſiæ Sacerdotibus confingunt, id genus viribus oppugnantes fidei veritatem.*

4. *Conferunt in probos viros vndique contumelias & conuitia: ridemus, ſtudio præterimus & dicimus*; Vos quidem qui virtutem, cultoreſque eius odiſtis, nihil noui facitis. Nam & ſolem lumina ægra formidant, & auerſantur diem ſplendidum nocturna animalia, quæ ad primum eius ortum ſtupent, & latibula ſua paſſim petunt; abduntur in aliquas rimas timida lucis. Gemite, & infelicem linguam bonorum exercete conuitio. inſtate, commordete: citiùs multò frangetis dentes, quàm imprimetis. *Sed* nec malignitas me iſta multo veneno tincta deterrebit ab optimis: nec virus quidem iſtud, quo alios ſpargitis, vos necatis, me impediet, quo minùs perſeuerem laudare vitam, non quam ago, ſed quam agendam ſcio; quo minùs virtutem adorem, & ex interuallo ingenti reptabundus ſequar. Exſpectabo ſcilicet, vt quicquam maleuolentię inuiolatum ſit, *cui ſacer nec Franciſcus ſit, nec aliqui Franciſcani.*

Illuſtres virtute timidi lucis auerſantur. — Sen. de Vita bea. 21. — Id. de Vita bea. 18.

5. *Et verò* non tam benè cum rebus humanis geritur, vt meliora pluribus placeant. Argumentum peſſimi turba eſt. Quæramus quid optimè factum ſit, non quid vſitatiſſimum; & quid nos in poſſeſſione felicitatis æternæ conſtituat, non quid vulgo veritatis peſſimo interpreti probatum ſit. *Non placet illis Chriſtiana humilitas, paupertas, ſimplicitas, innocentia, crebra ieiunia, continentia, calidæ & frequentes orationes, afflictiones corporis & caſtigationes, ceteræque virtutes Sanctorum? Non mirum: dixit inſipiens aduerſus iuſtum*; Grauis eſt nobis etiam ad videndum: quoniam diſſimilis eſt aliis vita eius. *Compone mores iſtorum cum pietate Sanctorum: videbis eorum dementiam: mala pro bonis complectuntur, pro virtutibus voluptates.* Quid diſſimilia, imò diuerſa componimus? Altum quiddam eſt virtus, excelſum & regale, inuictum, infatigabile: voluptas, humile, ſeruile, imbecillum, caducum, cuius ſtatio ac domicilium fornices & popinæ ſunt. *Quoniam verò* virtutibus amaritudo permiſta eſt; vitia verò voluptate condîta ſunt: illâ offenſi, hac deliniti feruntur

Meliora nõ pluribus placent. — Se. de Vita bea. 2. — Sap. 2. 15. — Sen. de Vit. bea. 7. — *Virtutis laus.* — Lact. 1. diuin. inſt. 1.

tur in præceps; ac bonorum ſpecie falſi, mala pro bonis complectuntur.

6. *Lutheri verba mihi adſcribenda, quibus laſciuia eius manifeſtetur: etſi mallem rubore & ſilentio declarare, ſcurriles ſermones mihi vehementer diſplicere. inquit*: Sed neceſſe fuerit à me conuiuialis ioci nomine aliquid dici. Tẽpore quo Franciſci ac Benedicti Legendas legebam, plurimùm offendebar in hoc, quòd tam ſancti & excellẽtes viri adhuc à carne ſollicitarentur: adeò vt cùm S Franciſcus à mulieribus tentaretur, in niuem ſeceſſerit, ſibique ex illâ pilas faceret, quas coniugem ac liberos ſuos nominabat, dicens; Euge Franciſce! eccum hîc vxorem & liberos. hos curâ & laboribus ad frugem educare oportet; ac facilè iuuenilis ardor reſidebit. Ac S. Benedictus cogitationes ſuas de amore ſic repellebat, vt ſe nudum in ſpinetum vrticaſque abiecerit, ac carnem ſuam ad ſanguinis effuſionem dilacerarit, &c. Hæc, inquam, cùm legebam, in mẽtem venit, tam excellentes ac ſpirituales viros neutiquam his iuuenilibus concupiſcentiis ſollicitari debere. At neceſſe habebam tum tacere & credere. Iam verò (cùm etiam conceſſum nobis ſit iudicare de huiuſmodi ſanctis viris) conſulerem profectò, ne niuium pilas vxorem ac liberos ſuos S. Franciſcus reputaret: ſed quum ſe eâdem imbecillitate, quâ reliqui filij Adæ obnoxium ſentiret, in tantùm, vt etiam à niue auxilium petat, quæ tamen parum iuuare poterat; ad matrimonium animum adieciſſet. Ad eundem modum ipſe etiam S. Benedictus, ſi ſe in ſentes ac vrticas coniugalis vitæ conieciſſet, plùs profeciſſet, cutemque ſuam longè meliùs perfricuiſſet. atque ita tantæ calamitatis nequaquam fuiſſent authores. Etenim ad ſuperandam niuem, ſenteſque Politici aut Eccleſiaſtici ſtatus, lõgè impares fuerunt; quippe homines indocti & inexperti. Atque ita euênit, vt totum mundum libris, ac ſtultitiis ſuis impleuerint, Chriſtum & regnum obſcurauerint. *Pudet dicere, ſed dicendum fuit, quàm ſubans iſte porcus in libidinis cœnum ſit proſtratus*; dum inter ſcurrarum epulas nugas eiuſmodi frequentat.

Lutheri ſcurrilitas & blaſphemia in Sanctos.

t. Alcor. pag. 318. ex præf.

Hier. Apol. 1 aduerſ. Ruf. 4.

7. De

7. *De alterius vitâ, de alterius morte diſputant iſti liuidi ob-* *Vt minuti canes ignotos adlatrant, iſti ſic Sanctos.*
Se. de Vitâ beat. 19. *trectatores. quibus ego cum Philoſopho Romano*; Ad nomen magnorum ob aliquam eximiam laudem virorum, ſicut ad occurſum ignotorum hominum minuti canes latratis. Expedit enim vobis neminem videri bonum: quaſi aliena virtus, exprobratio delictorum veſtrorum ſit. Inuiti ſplendida cum ſordibus veſtris confertis: nec intelligitis, quanto id veſtro detrimento audeatis. Nam ſi illi, qui virtutem ſequuntur, auari, libidinoſi, ambitioſique ſunt: quid vos eſtis, quibus ipſum nomen virtutis odio eſt?

8. *Lutherus Phyſcone impurior, vt procul eſt à boná mente, ſic ab*
Eph. 5. 3. *ipſo D. Paulli Apoſtoli ſalutaris doctrina*: Fornicatio & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet Sāctos; aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet, ſed magis gratiarum actio. *Sermones, rerum ſunt viæ, & quædam vehicula ad ipſas: atque ideò non*
Hiero. ind. *decet honeſtos iſta ſcurrilitas*: quæ appetit quædam verba vel vrbana, vel ruſtica, vel turpia, vel faceta, vt riſum moueat audientibus. *At non pudet iſtum quinti Euangelij buccinatorem, tam turpibus colloquiis ſe deturpare: nec Alcorani fabricatores tam obſcœna ſcribere. Nimirùm ſpurcitias loquuntur, qui amant committere. Malus homo de malo cordis theſauro profert mala. Ex*
Se. de Vitâ bea. 12. *abundantiá cordis os loquitur*. Deſinant ergo inconuenientia iungere, & virtuti voluptatem implicare, per quod vitium peſſimis quibuſque adulantur. Ille effuſus in voluptates, reptabūdus ſemper atque ebrius, quia ſcit ſe cum voluptate viuere, credit & cum virtute. *Deſinant iſti impuri vitiis ſuis* *Vitiis ſuis virtutis nomen imponunt iſti.* *Nota.*
Ind. *ſapientiam inſcribere, & abſcondenda profiteri*, quærentes libidinibus ſuis patrocinium ac velamentum. Itaque, quod vnum habebant in malis bonum, perdunt, peccandi verecundiam. Laudant etenim quibus erubeſcant, & vitio gloriantur: ideoque ne reſurgere quidem adoleſcentiæ licet, cùm honeſtus turpi deſidiæ titulus acceſſit.

1. Alcor. p. 318. 9. *Inquit Lutherus*; Tam excellentes ac ſpirituales viros neutiquam his iuuenilibus concupiſcētiis ſollicitari debere.
Rom. 7. 23 *Quid? nónne & B. Paullus ſcribit de ſe*; Video aliam legem

Sanctos etiã à carne tētari, non ſuperari.

in membris meis repugnantem legi mētis meæ? *Nec diffitetur etiam ſe huiuſmodi ſtimulos ſenſiſſe, cùm inquit*; Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colophizet: (2.Cor.12.7) *quanto magis tale quid acciderit S. Benedicto, & S. Franciſco! quibus tamen non à mulieribus, ſed à dæmone pruritum illum ingeſtum legimus. Sed quid? ſimulatque voluptas, pecorum bonum, ſenſus titillat; mox in venerem proclinandum erit? Lutherus conſulit, dehortatur Eccleſiaſticus:* Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tuâ auertere. (Eccli.18.30) *D. Paullus exemplo ſuo turpes motus frænandos docet*; Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. (1.Cor.9.27.) *Quomodò?* exhibendo noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multâ patiētiâ, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in caſtitate. (2.Cor.6.5.) *Nota, nota*, Sicut Dei miniſtros. *Etenim* qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis: (Gal.5.25.) *in quorum* mortali corpore non regnat peccatum, vt obediant concupiſcentiis eius. (Rom.6.12) *Nemo ab illo malorum fomite & ſeminario liber eſt: quiſq; tamen cum Deo poteſt* mortificare membra ſua ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam. (Coll.3.5.) *At iſti, puri ſcilicet Euangelici*, ſecundùm carnem viuentes, (Rom.8.12) *vagantur pecorum ritu: quos non minùs turpes dedecus, quàm honeſtos egregia delectant.*

10. *Iſti tales* non voluptatem, ſed ipſos voluptas habet; (Se. de Vitâ bea. 14.) cuius aut inopiâ torquentur, aut copiâ ſtrangulantur. Miſeri, ſi deſeruntur ab illâ: miſeriores, ſi obruuntur: ſicut depreheſi in mari Syrtico: modò in ſicco relinquuntur, modò torrente vndâ fluctuantur. Euenit autem hoc nimiâ intemperātiâ, & amore cæco rei. nam mala pro bonis petēti periculoſum eſt aſſequi. Vt feras cum labore periculoq; venamur, & captarū quoque illarum ſollicita poſſeſſio eſt; ſæpè enim laniant dominos: ita habentes magnas voluptates, in magnum malum euāsêre, captæq́ue cepêre. quæ quò plures maioreſq́ue ſunt, eò ille minor; ac plurium ſeruus eſt, quem felicem vulgus appellat. *hic* nec voluptates ſibi emit, ſed ſe voluptatibus vendit. *Armenti huius ſunt, qui* non putant fieri, quicquid (Sen. ep. 71.)

Miſeri hæ- mancipati

facere

faccre non poſſunt:ex infirmitate ſuâ de virtute ferunt ſententiam... Luxurioſo frugalitas pœna eſt, pigro ſupplicij loco labor eſt, delicatus miſeretur induſtrij, deſidioſo ſtudere torqueri eſt. Eodem modo hęc, ad quæ omnes imbecilli ſumus, dura atque intoleranda credimus, obliti quàm multis tormentum ſit vino carere, aut primâ luce excitari. Non iſta difficilia ſunt naturâ: ſed nos fluidi & enerues. Magno animo de rebus magnis iudicandum eſt: alioquin videbitur illarum vitium eſſe, quod noſtrum eſt.

non fieri, quod facere nõ poſſunt.

11. *Igitur nec ipſum à virulentâ iſtorum linguâ liberum eſt cælum: ipſos cælites, & ſi non tacturi, tamen petunt*. Quis iſte furor? quę iſta inimica diis hominibuſque natura eſt infamare virtûtes, & malignis ſermonibus ſancta violare? Si poteſtis, bonos laudate: ſi minùs, tranſite. Quod ſi vobis exercere tetram iſtam licentiam placet, alter in alterum incurſate. Nam cùm in cælum inſaniitis, non dico ſacrilegium facitis, ſed operam perditis... Quin potiùs mala veſtra circumſpicitis, quæ vos ab omni parte confodiunt, alia graſſantia extrinſecus, alia in viſceribus ipſis ardentia?

Se. de Vitâ bea. ca. 27.

Sãctos cum Chriſto regnantes conuitiis lancinant.

12. *Audiamus Eraſmum Roterodamum de iſtis Euangelicis in hæc verba ſcribentem*; Circumſpice populum iſtum Euangelicum, & obſerua, num minùs illic indulgeatur luxui, libidini & pecuniæ, quàm faciunt ij, quos deteſtamini. profer mihi, quem iſtud Euangelium ex commeſſatore ſobrium, ex rapaci liberalem, ex maledico benedicum, ex impudico reddiderit verecundum? Ego tibi multos oſtendam, qui facti ſunt ſeipſis deteriores. *Audiamus inſuper ipſum Lutherum, his verbis aliquando concionatum*: Mundus indies ex hac doctrinâ peior fit. Homines vno anteà, nunc ſeptem diabolis obſidentur. Diabolus nunc plenâ cohorte homines inuadit: vt ſub clarâ Euangelij luce multò ſint, quàm anteà ſub Papatu, auariores, aſtutiores, fraudulentiores, crudeliores, libidinoſiores, procaciores ac peiores. *Et tamen vobis vacat aliena ſcrutari mala? in probra meliorũ agitare linguam? de ſanctis, beatiſque viris, iniquam ferre ſententiam? Miſelli*! Papulas obſeruatis alienas, obſiti plurimis vlceribus.

Ep. ad Vulturium Neocomũ in Apol. Iuſt. Calu. arg 12.

Peiores fecit iſtos Euãgelicos hæreſis.

Poſtil. Ienenſi ſ. 59. con. 2. Do. 9. aduent. apud Iuſt. Caluin. arg. 14.

Nota.

Se. de Vitâ beat. 27.

13. *Porrò etiam Virtutum nomine omnia miraculorum genera cenſeri docente Paullo didicimus, cùm inquit:* Non audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Chriſtus in obedientiam Gentium, verbo & factis in virtute ſignorum & prodigiorum, in virtute Spiritus ſancti. *Item,* Sermo meus & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione Spiritus & virtutis. *Rurſus:* Alij datur per Spiritum ſermo ſapientiæ, alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu; alij operatio virtutum. *Et,* Numquid omnes Apoſtoli? numquid omnes Prophetæ? numquid omnes doctores? numquid omnes virtutes? *Denique,* Quis tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis? *Alibi ſæpè hoc ſenſu nomen virtutis vſurpat: quia* Virtus vocari poteſt omne miraculum. *De miraculis à Deo, à Sanctis, à reliquiis Sanctorum, à ſignis eorum & imaginibus, copioſè ſcripſi libro tertio Apologetici mei aduerſus Alcoranum Franciſcanorum: fidenter dico, ſi vacauerit inſpicere, fiet cum fructu.*

Ro.15.19. 1.Cor.2.4. Ind.12.10. Ind.12.29. Gal.3.5. Anſel.in il. 2.Cor.12.

PRÆSCRIPTIO XXI.

Proprium hæreticis Catholicos accuſare idololatriæ, ſed falsò.

1. *Priſcis temporibus iam inde ab initio naſcentis Eccleſiæ nihil antiquius fuit hæreticis, quàm Catholicos appellare ſimplices, indoctos; procedente tempore cùm magis magiſque creſceret impietas, impudentiùs quibuſlibet grauare calumniis. At nunc, cùm abundauit iniquitas, cùm inſtant ipſius tēpora Antichriſti, mirum non eſt Satanam ſolui in effrænem licentiam linguæ: neq; enim antehac vlli, vt nunc iſti ferocul depuduerunt. Antichriſtum vocant ſacrorum Antiſtitem, Pontificem ſummum ipſum Belial, Eccleſiam Antichriſti Synagogam, meretricem Babyloniam, Satanæ ſedem. Catholicos inſimulant idololatriæ in Miſſâ, in Eccleſiaſticis ritibus, in recto & pio cultu Sanctorum. Accuſant nos abo*minationis quæ dicta eſt à Daniele prophetâ: *quam cùm de quodam idolo nonnulli interpretantur, nobis ſemper idolomaniam opprobrant. Torquet in nos Lutherus perenniter Papiſticam abominatio-*

Impietas & impudentia hæreticorum aduerſus Eccleſiam.

Luth.ep. pag. 316. 1.Alcor. Dan.9.27. Matth.24. 27. Ep.1.Alco. p.315.

1. Alcor. pag. 353. *minationem*. *Alberus ſcribit ſe nobis gratiam feciſſe*, quòd non omnes abominationes & mendacia,& ficta miracula, quæ in Alcorano Franciſcanorum erant, recenſuerit. *Sic iſti nos*

Min. Fel. *cuniculis mendaciorum ſubuertere laborant*. Sic eſt negotium dæmonum: ab ipſis enim rumor falſus ſpargitur & fouetur. His & huiuſmodi fabulis ad execrationis horrorem imperitorum aures aduersùs nos refarſerunt, *vt deſertá veritate miſeri pereant.*

2. *Et quidem in tantum promouerunt, vt ab illis ſeducti vera credentes, quæ falsò de nobis vulgantur, iuſtè ſibi videantur odiſſe Catholicos, hoc nomine idololatriæ. Porrò autem errant, quia verum* Oderūt iſti in Catholicis, quod nō eſt in ipſis.

Tert. Apol. cap. 1. *ignorant. Et* quid iniquius, quàm vt oderint homines quod ignorant, etiamſi res mereretur odium? tunc enim meretur, cùm cognoſcitur an mereatur. Vacante autem meriti notitiâ, vnde odij iuſtitia defenditur? quæ non de euentu, ſed de conſcientiâ probanda eſt. Cùm ergo propterea oderint, quia ignorant quale ſit quod oderunt: cur non liceat illud eſſe, quod non liceat odiſſe? Ita vtrumque ex alterutro redarguimus, & ignorare illos dum oderūt, & iniuſtè odiſſe

Min. Fel. dum ignorant. *Sed hoc dæmones faciunt, qui* inſerti mentibus *Nota* imperitorum, odium noſtri ſerunt occultè per timorem. Naturale eſt enim & odiſſe, quem times; & quem metueris, infeſtare, ſi poſſis. Sic occupant animos, & obſtruunt pectora, vt antè nos incipiant homines odiſſe, quàm noſſe: ne cognitos aut imitari poſſint, aut damnare non poſſint. *Sed licet iidem dæmones ad execrationis horrorem imperitorum aures*

Ind. *aduerſum nos refarſerunt, tamen* omnium fama, quæ ſemper in ſparſis mendaciis alitur, oſtensâ veritate conſumitur.

3. *Iniuſtè enim, & immerenter Catholici nos idololatriæ accuſamur; cùm à nobis omnis idolomania proſcripta ſit & profligata. iuſtè & meritò, Albere, & quotquot tecum faciunt, quales à vobis dicimur, tales vos habemus, & verè eſtis. Par in vobis inſtigatio dæmonis, etſi ſit diſpar argumentum erroris. tentatis in nos transferre, quæ veſtra ſunt. Nam veſtra impietas pedetentim orbem Chriſtianum trahit ad Iudaiſmum, aut Atheiſmum. Notum eſt quotidie nimis multos ex vobis, deſertá illá veſtrá*

Euangelij luce, ad Turcas transfugere & Paganos. In quis vos ſub idololatrarum numero recenſuerit, cùm in locum collapſæ idololatriæ Ethnicorum reponitis idolomaniam hæreſeôn. Nam videns diabolus templa dæmonum deſeri, & in nomen liberantis Mediatoris currere genus humanum, hæreticos mouit, qui ſub vocabulo Chriſtiano doctrinæ reſiſterent Chriſtianæ. *Vos Idololatriam reducitis, dum inductione veſtrâ, & impiâ doctrinâ, qui fuerant Chriſti, fiunt Antichriſti.* Ac ne maledicis verborum in vos vti conuitiis arguamur, cauſam perditionis publicę, ne cuiquam ignorata ſit, non tacemus. Antichriſtos plures eſſe, etiam Apoſtolo Ioanne prędicante cognouimus. Quiſquis enim Chriſtum, qualis ab Apoſtolis eſt prædicatus, negauit, Antichriſtus eſt. Nominis Antichriſti proprietas eſt, Chriſto eſſe contrarium. Hoc nunc ſub opinione falſæ pietatis efficitur, hoc ſub ſpecie prædicationis Euangelicæ laboratur: vt Dominus Ieſus Chriſtus, dum prædicari creditur, denegetur. *Quod igitur nobis opprobratis, in vos regerimus.* Abominantur iuſti virum impium: & abominantur impij eos qui in rectâ ſunt viâ, *quibus in aſſeuerando falſum tanta cõſtat frontis firmitas.* Adeò nec pudor vllus apud eos ſupereſt, à quibus abeſt omnis humanitas; & retorquent in homines iuſtos conuitia ſibi congruentia: impios enim vocant, ipſi ſcilicet pij ... cùm, ſi & actus ſuos conſiderent, & illorum quos tamquam impios damnant, iam intelligent quàm mendaces ſint; & iis omnibus, quæ aduerſus bonos aut dicunt, aut faciunt, digniores.

Hæretici ad Atheiſmum traducunt. — Aug. 18. de Ciuit. 51.

Hæretici Antichriſti. — Hilar. ep. contra Arian. vel Auxent.

1. Io. 2. 18.

Digni conuitiis, quæ in Catholicos torquēt. — Prou. 29. 27. — Lac. lib. 5. Di. inſt. 9.

4. *Iſaias alibi de vero idolo differens refert, quomodò* faber ferrarius limâ operatus eſt in prunis, & in malleis formauit, & operatus eſt in brachio fortitudinis ſuæ ... Artifex lignarius extēdit normam, formauit illud in runcinâ, fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud. & fecit imaginem viri quaſi ſpecioſum hominem habitantem in domo. curuatur ante illud, & adorat illud: *& alia multa de idolis & ſimulachris Ethnicorum.* Quicquid de idolis dictum eſt, poteſt referri ad hæreſeôn principes, qui ſimulachra dogmatum ſuorum atque mendacij, artificè corde componunt; & venerantur ea,

Iſa. 44. 12.

Hæretici idololatræ. — Hier. Ind.

quæ

quæ à ſe ſciunt eſſe ſimulata. Nec ſufficit eis error proprius, niſi ſimplices quoſque eorum adoratione deceperint: qui quæſtum putant eſſe pietatem, & deuorant domos viduarum; abutenteſque vulgi imperitiâ, ita arte Dialecticâ, quaſi aſciâ & terebro, limâ & runcinâ formant Deum ſuum; & cudunt malleo, atque inaurant ſermonis Rhetorici venuſtate. *Nam* ſicut Nationes manibus, ita & iſti verbis idola fabricantur. *Quapropter* neque diabolo immiſſa eſſe ſpiritalia nequitiæ, ex quibus etiam hæreſes veniunt, dubitare quis poteſt; neque ab idololatriâ diſtare hæreſes: quum & auctoris & operis eiuſdem ſint, cuius & idololatria.

Tert. adu. Prax. c. 18. Id. de Præſ. cap. 40.

Sed tamen quia ſic vobis viſum, Catholici vocamur idololatræ. At verò nec vos, quod tam diu dicimur eruere, curatis. Ergo aut eruite, ſi creditis: aut nolite credere, quod non eruiſtis. De veſtrâ vobis diſſimulatione præſcribitur non eſſe, quod nec ipſi audetis eruere.

Tertul. Apol. c. 7.

Non poſſūt probare quod de nobis creditur.

PRÆSCRIPTIO XXII.

Catholicos religioſè vnum Deum colere, plures Deos auerſari: Diuos tamẽ cælites piè venerari.

1. *Inter alia prodigioſa mendacia, quibus nos onerant aduerſarij, illud præcipuum eſt, Catholicos non vnum Deum colere, ſed inducere plures, quos velut Deos adorant. Scio ego non paucis hanc de nobis ſuſpicionem iniectam. Sed & Lutherus hoc ipſum opprobrat, inquiens;* Oportuit Franciſcum Deum eſſe, vt hac ratione nomen eius extolleretur. *Similiter Alberus in hæc verba ſcribit de nobis S. Franciſci diſcipulis;* Qui quòd ſit ſupra Chriſtum, perquàm vellent quidem dicere; ſed diabolus metuit, ne nimiùm ſe prodat, & agnoſci poſſit. Tentat hoc ſæpè, & obambulat inſidiando maieſtati Chriſti, quæ illum vt maximè vrit & affligit, ſi quo pacto eam ſurripere, & in ſe deriuare poſſit. *Prouidè ſcriptum à te, mi Albere: nam periculum erat Chriſto gloriam ſuam perire, & in diabolum transferri, niſi grauiter hæc monuiſſes. Quin & auctor Præfationis in Alcoranum Teuthonicum Dordraci editum Franciſcanos conatos dicit*

Fingunt homines produ coli.

Epiſt. 1. Alcor. p. 317.

Epiſt. 1. Alco. p. 330.

dicit ex Franciſco Deum quendam facere, ſiue idolum. At quis noſtrûm tam ſtultus, vt ſic colat? quis ſtultior, vt ſic coli credat? Dicitis tamen hæc talia, boni viri! ſed falsò & mendaciter, & abominamur vos: quia abominatio eſt Domino labia mendacia. *Scitote nos Sacras litteras noſſe & tenere;* Dominus Deus noſter Deus vnus eſt; *& id genus alia multa. Vnum modò Deum credere nos, & clarâ voce in Miſsâ (quam vos impiè execramini,) confiteri, negare non poteſtis: auditis nos publicè canere,* Credo in vnum Deū. *Vnus nobis eſt Deus, vnus aſſeritur, vnus colitur, vnus adoratur priuatim, publicè, toto orbe Chriſtiano. Sic credimus, ſic docemus, ſic dicimus: nec vllus eſt Catholicorum qui aliter. Vnde igitur vobis tanta aduerſum nos impudentia mentiendi? Nēpe dicitis; Quia Sanctos adoramus, & quidem velut Deos. ſed longè de viciniâ veritatis erratis. Itáne inconſpecti Catholici? vt cùm vnum Deum credimus, confitemur, docemus; mox obliti noſtri, plures Deos adoremus? Audite igitur omnes hagiomachi, quæ noſtra ſit*

Pro.12.22. Deut.6.4.

Quod credere ſtultum eſt.

Catholicorum de cultu Diuorum ſententia.

2. Colimus Sanctos & martyres eo cultu dilectionis & ſocietatis, quo & in hac vitâ coluntur ſancti homines Dei; quorum cor pro Euangelicâ veritate ad paſſionem paratum eſſe ſentimus. Sed illos tantò deuotiùs, quantò ſecuriùs poſt certamina ſuperata; quantò etiam fidentiore laude prædicamus in vitâ feliciore victores, quàm in iſtâ adhucuſque pugnantes. At verò illo cultu, qui Græcè λατρία dicitur, latinè vno verbo dici non poteſt; cùm ſit quædam propriè diuinitati debita ſeruitus; nec colimus, nec colendum docemus, niſi vnum Deum.

Latria hominibus nō exhibetur.

Aug. 20. cont. Fauſt. Man. 21. tom. 6.

3. *Sciant omnes itaque, aduerſarios noſtros falli grauiter, alios fallere. & quò manifeſtiùs ſciant, erunt nonnulla paullò altiùs repetenda, quibus axioma præſtruendum eſt, nulli, cui mens ſana ſit, negandum,* Dominum Deum amicis ſuis dignitates ſuas communicare. *Audi in hâc re veterem Theologum Baſilium Magnum:* Axiomata ſua Ieſus largitur aliis. Largitur autem non euacuatus, ſed nihilominus habens. [a]Lux eſt: [b]Vos eſtis lux mundi, inquit. [c]Sacerdos eſt, & facit [d]Sacerdotes. [e]Ouis eſt.

Deus dignitates ſuas Sāctis cōmunicat.

Baſil hom. 29. de pœnitent. a Io.8.12. b Matth 5.15. c Pſ.109.4. d Lu.22.19 e Iſa.53.7.

a Mat 10. eſt,& dicit; a Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio lupo-
16. b Pſ.117.22 rum.[b] Petra eſt, & [c]Petram facit. quæ ſua ſunt largitur ſer-
c Matt. 16. 18. uis ſuis. Argumentum eſt hoc opulenti;habere videlicet, &
aliis dare.*Vt res euadat manifeſtior,addam his pauca eius generis.*
Sap.14.21 *Hebræus ſapiens ſcribit hominum ſeu deceptione, ſeu affectu*, incommunicabile nomē lapidibus,& lignis impoſitum. *Nota*
Iſa.44.6. *quòd dicat* Incommunicabile: *quia ſcriptum eſt*; Ego primus & nouiſſimus, & abſque me non eſt Deus. Quis ſimilis mei? *Hæc dicimus communiter nos Catholici ſano ſenſu: aduerſarij verò quaſi pila quædam in nos contorquent. Sed fauete linguis. Videbitis & nos agnoſcere vnum tantùm Deum, nec quicquam plurium Deorum apud nos inueniri.*

3. Reg.18. 39. 4. Dominus ipſe eſt Deus,*equidem vnus & ſolus: & tamen* *Deus vnus & ſolus, alios facit Deos.*
Exo.7.1. *ipſe quoque alios facit Deos,vt Moſen, cui dixit*; Ecce conſtitui te Deum Pharaonis. *item primores & principes*;Diis non
Ind 22.28. detrahes.*pios quoque*;Ego dixi,Dij eſtis,& filij excelſi omnes;
Pſal. 81.6. *de quo Chriſtus*;Si illos dixit Deos,ad quos ſermo Dei factus
Io.10.35. eſt,& non poteſt ſolui ſcriptura.*&c. Quid? annon incommunicabile nomen Dei aliis tribuit ipſe Deus? Deus ipſe, præter quē non eſt Deus, alios facit Deos, plures vocat Deos. Ita prorſus eſt. Sed pergamus vlterius. Cùm ipſe Deus communicat aliis nomen Dei: quidni conſimili ratione tribuat illis gloriam, quamuis ipſe dicat*
Iſa.48.11. *apud Prophetam*; Gloriam meam alteri non dabo? *Dat certè* *Sic & gloriam ſuam aliis communicat.*
Mar 2 7. *bonus Dominus ſuis famulis non parum de gloriâ ſuâ. Nam* quis
Iſa.43.25. poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? *ait*; Ego ſum, Ego ſum, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor: *& tamen idem Deus dedit hominibus*
Io 20.23. *poteſtatem dimittendi peccata, cùm inquit*; Accipite Spiritum *Vt peccata dimittere.*
ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. *Quo ſenſu etiam hæc cape*;
Apo.3.7. Hæc dicit Sanctus & Verus, qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit,claudit & nemo aperit. *En idem San-*
Mat.16.19 *ctus & Verus Chriſtus dixit Petro*; Tibi dabo claues regni cælorum: & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis. & quodcumque ſolueris ſuper terram,erit
Mat.19.28 ſolutum & in cælis. *Itidem aliis Apoſtolis*;Amen dico vobis,

quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. *Rurſus*; Pater omne iudicium dedit Filio: *Qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum: *Ille tamen idem Iudex & homines futuros iudices pollicetur*; Amen dico vobis, quòd vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. *Itaque videre licet, ipſum Deum, quomodò nomen ſuum ſeruis ſuis impartitur; ita quandam illis communicare diuinitatem, ſiue gloriam quandam ſecundùm promiſſum eius*; Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum. *Manifeſtum eſt & videmus, quæ Deo naturâ & poteſtate ſunt propria, eſſe amicis Dei gratiâ & participatione communia.*

Io.5.22. *Act.10.42 Mat.19.28 1.Re.2.30.

Et iudicare in die iudicij.

5. *Igitur Deus ipſe cùm ſuum nomen amicis ſuis communicat, ſicut & axiomata ſua ac dignitates: nemo qui volet amicus Deo eſſe, beatis illis & diuis cultum congruentem, honorem, laudationem debet inuidère, ſed omni exhibere reuerentiâ: non vt diis, more Ethnicorum; ſed dignitate, auctoritate, maieſtate & gloriâ, ſemel dicam, diuinitate quadam à Deo glorificatis.* Cur enim amici Chriſti, qui heredes Dei, & coheredes Chriſti, diuinæque gloriæ & regni ſunt ſocij; non etiam gloriæ, quæ in terris eſt, participes ſint? *Nemo hic ceu paruulus pueriliter labatur, ceu magnus hoſtiliter malignetur. Scimus aliter Deum eſſe Deum, aliter Moſen, alios aliter: Deum alio modo poteſtatem exercère ſuam, alio eius miniſtros. Eundem in modum fatemur longè aliâ ratione colendum Deum, aliter Sanctos. Deum, vt totius boni & fontem & auctorem: Sanctos, vt riuulos à Deo profluentes. quos cùm veneramur & colimus, non tam ipſos honoramus, quàm gratiam & gloriam, ſiue illam diuinitatem, quæ in ipſis à Deo eſt. Vt herbas & vniones amamus propter inſignem virtutem; flores propter pulchritudinem illis à Deo naturæ auctore inditam: ſic illos quoque propter gloriam, quâ Dominus illos dignatur, cultu colimus congruente. In omnium Sanctorum cultu rectè & piè dicimus, quod Nazianzenus in laudatione Athanaſij vnius*; Athanaſium laudans, virtutem laudabo: virtutem laudâs, Deum laudabo, à quo virtus ad homines promânat. *& quidem id ad Prophetæ men-*

Quomodò non eſt ſanctis negandus honor debitus.

Damaſ. 1. de Imag.

Sanctos laudâs, Deum laudas.

Orat. de S. Athanaſ.

Pſal.150.1 *mentem*; Laudate Dominum in Sanctis eius; *qui tamen omnia*
Pſal.113.9. *reſundunt ad Deum*; Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. *Itaque in diuorum cultu ſeu veneratio, ſeu inuocatio, ſiue adoratio dicenda ſit; illis quidem debitum honorem habemus, nec tamen alium præter vnum illum ſummum Deum cognoſcimus, & proprio ſenſu adoramus.*

6. *Adorationis vocula in cultu Sanctorum imperitioribus ſcru-* Adoratio nō ſoli Deo, ſed alijs tributa.
pulum inicit: vt putent nobis Deos haberi, cùm Sancti videntur
Deut.6.13 *adorari; cùm ſcriptum ſit*, Dominum Deum tuum adorabis.
Matt.4.10. *Non eſt ita. Sed magna nobis eſt verborum paupertas, imò egeſtas.*
Sen.2.de ben.34. *Mille res incident, quæ nomina deſiderant.* Res ſunt plures, quàm verba. Ingens eſt copia rerum ſine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, ſed alienis commodatiſque. Pedem & noſtrum dicimus, & lecti, & veli, & carminis. Canem, & venaticum, & marinum, & ſidus. Quia non ſufficimus, vt ſingulis ſingula aſſignemus, quotiens opus eſt, mutuamur. *Adoratio tribuitur Deo, Angelis, Diuis, hominibus, reliquiis, ſignis, imaginibus, locis ſacratis: eadem vox, idem geſtus, ſed alia mens & affectus. De adorando Deo, nulla controuerſia: ſed etiam Angeli adorantur. Abraham videns tres*
Gen.18.2. *Angelos*, cucurrit in occurſum eorũ de oſtio tabernaculi ſui, Angeli adorantur.
& adorauit in terram, & dixit, Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum. *Ioſue videns Angelum in*
Ioſue 5.14 *agro vrbis Iericho*, Cecidit pronus in terram, & adorans ait,
Quid Dominus meus loquitur ad ſeruum ſuum? *Sed & filij* Et homines adorantur.
4.Re.2.15 *Prophetarum* venientes in occurſum Eliſæi, adorauerũt eum
3.Re.1.23 proni in terrâ. *Ipſe propheta Nathan* adorauit Dauidem pro-
4.Re.4.37 nus in terram. *Sunamitis illa* corruit ad pedes Eliſæi, & adorauit ſuper terram. *Adoratur Deus, Angeli, homines, ſed aliâ atque aliâ ratione. Aliquis adoraturus Deum procidit in genua: ſimiliter vapulaturus puer quando culpam deprecatur. Idem geſtus in vtraque adoratione, ſed alius ſenſus. Idem puer aliâ mente Deo geniculatur, aliâ parenti aut præceptori. Similiter eſt in Dei adoratione, & inuocatione, ſiue adoratione Sanctorum: eadem vox, eadem geniculatio, & geſtus; ſed longè mens diuerſa. Vellemus, illam ſoli Deo adorationem debitam, tum etiam Sanctorum inuo-*

cationem proprio vocabulo exprimere & diſcernere ab illâ: non habemus, non poſſumus proprio verbo. Ipſa ſacra Scriptura non diſtinguit; Benedixit omnis Eccleſia Domino Deo patrum ſuorum: & inclinauerunt ſe & adorauerunt Deum, & deinde Regem. *Idem geſtus, alius ſenſus.* (1 Para. 29. 20.)

Sed aliter Deus, aliter iſti.

7. *Itaque* nemo offendatur in adorationis vocabulo: ſiquidem & homines & ſanctos angelos adoramus, non autem quòd λατρείαν, hoc eſt, cultum diuinum exhibeamus. Inquit enim Moſes, Deum tuum adorabis, & illi ſoli λατρείαν præſtabis. quo loco diligenter obſeruabis, quâ ratione poſteriori dicto, nimirum Latriæ, adiecerit ſoli: adorabis verò, hoc ipſum non eſt appoſitum, quamobrem adorari licet. Quid enim aliud eſt, quàm honoris alicui exhibiti veluti emphaſis, adoratio? Latria verò nequaquam: neque enim licebit προσεύξασθαι, quod eſt propriè Deum adorare; Sanctis exhibere talem cultum, illicitum eſt. (Anaſ. Epiſ. Theopol. Act. 4.7. Syno. c. 2. — Deu. 6. 13.)

Nota.

Adoratio quid & quotuplex.

8. *Dicam apertiùs.* Adoratio eſt ſummiſſionis & honoris nota. atque huius item duplex eſt ratio. Altera enim eſt, quam Deo, qui naturâ ſolus adorandus eſt, Latriaque dicitur: altera, quam propter ipſum Deum, qui naturâ ſolus adorandus eſt, exhibemus vel amicis & ſeruis illius; vt cùm Ieſus filius Naue, & Daniel Angelum adorauerunt. vel quibuſlibet Dei locis; Adorabimus, inquit, Dauid, in loco vbi ſteterunt pedes eius. vel templis eius: vt, Omnis Iſrael tabernaculum adorabat; & in circuitu templi quod erat in Hieruſalem, ſtantes, aut vndique ad ipſum reſpicientes adorant ad hunc vſque diem. vel principibus ab ipſo conſtitutis; vt Iacob tum Eſau fratrem natu maiorem, tum Pharaonem principem à Deo declaratum, & Ioſephum fratres ipſius. Ad hæc mutui honoris gratiâ adorationem exhiberi non ignoramus; qualis inter Abraham & filios Emmor interceſſit. Proinde aut aufer omne genus adorationis, aut omnes pro conueniente cuique ratione & modo ſuſcipe. (Damaſ. or. 1. de Imag. — Io. 5. 14. Dan. 10. 9. Pſ. 131. 7. — Gen. 33. 3. Ind. 43. 26. — Ind. 23. 7.)

Eccleſia ritu ſuo diſcernit

9. *Ipſe ritus orandi Eccleſiæ in Litaniis manifeſtiſſimè docet aliter Deum adorari, aliter Sanctos inuocari. In ſanctæ Trinitatis*

tatis

tatis adoratione hoc modo precamur, Miſerere nobis. *In Sanctorum inuocatione oramus, vt ipſi intercedant pro nobis, & interueniant apud Dominum Deum noſtrum,* vnum mediatorem Dei & hominum, hominem Ieſum Chriſtum. *Talis Chriſtus ſolus eſt: Sancti verò mediatores ad ipſum Mediatorem. quomodò Deus vnus; & tamen Moſes Deus, & alij quidam Dij. Vnum confitemur mediatorem Chriſtum; plures mediatores homines ſanctos: qui tamem omnes, dum nobis patrocinantur, hoc efficiunt & obtinent per vnum Mediatotem Ieſum Chriſtum, qui eſt* via, ſine quo nemo venit ad Patrem, in cuius nomine petendum *ſcimus. Cùm ſacroſanctam inuocamus Triadem, petimus exaudiri per Chriſtum Dominum noſtrum. item Sanctorum interuentu petentes exorari, itidem poſtulamus impetrare per Chriſtum Dominum noſtrum. Operæpretium videtur nonnullas orationes Eccleſiæ ob oculos ponere.*

Inter adorationem Dei & Sanctorum.

1.Tim.2.5

Io.14.14.

Oratio ad ſanctam Trinitatem.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentiâ maieſtatis adorare vnitatem: quæſumus, vt eiuſdem fidei firmitate ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum. *Nota.*

Ad S. Mariam.

Concede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetuâ mentis & corporis ſanitate gaudere: & glorioſâ beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitiâ, & æternâ perfrui lætitiâ. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum.

Ad SS. Angelos.

Deus, qui miro ordine Angelorum miniſteria hominumque diſpenſas; concede propitius, vt à quibus tibi miniſtrantibus in cælo ſemper aſſiſtitur, ab his in terrâ vita noſtra muniatur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum.

Ad omnes Sanctos.

Omnipotens ſempiterne **Deus**, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita ſub vnâ tribuiſti celebritate venerari, quæſumus, vt deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam multiplicatis interceſſoribus largiaris. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Sancti exaudiuntur per Chriſtũ vnicum mediatorem.

Per Sanctos, per merita eorum poſtulamus exaudiri quidem, ſed non hîc ſiſtimus, cùm petimus ipſos Sanctos pro nobis, nobiſcum exaudiri per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. ita vt Chriſto nihil in eorum inuocatione decedat, ſed maior accedit gloria, quando confitemur omnia prouenire per Chriſtum, quæcumque Sancti poſſunt & præſtant. Eſt enim ipſe oculus noſter, vt per illum videamus; ipſe vox noſtra, per quam loquamur ad Patrem; ipſe dextera, per quam Deo Patri ſacrificium noſtrum offeramus. Ambro. de Iſaac. 8.

10. *Vt* omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat; ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant: *ſic omnium vota, laus, virtus, honor, gloria ad Chriſtum omnium donorum pelagus inexhauſtum diriguntur, & adſpirant; nec tamen quicquam illi accedit*, quoniam bonorum noſtrorum non eget; *ſed nec aliquid decedit*; *cùm Sancti, quod ſunt, habent, poſſunt, accepta ferunt illi, vt non tam illi quod faciunt, efficere credantur, quàm Deus in illis*, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis. *Ritè Deus in hominis memoriâ, & homo in Dei religione colitur. Etenim* qui martyrem colit, Deum colit, cuius ille amore martyrium pertulit. Qui Chriſti adorat Apoſtolum, adorat eum, cuius ille Apoſtolus eſt. Et qui ſupplex accedit ad Chriſti matrem, is nimirum filio ſuo honorem habet. *At enim, heus tu hæretice, cauſſam inuidiæ aperio*: Inuides Sanctis propter honorem illis tributum à Deo; deſcriptam eorum gloriam à nobis perſpici non vis, ne virtutem & fidem ipſorum imitemur.

Eccle. 1.7. — Pſal. 15. 2. — *Deus in homine colitur.* — Pſ. 67. 36. — Damaſ. or. 1. de Imag. — *Nota.* — Idem. or. 2. de Imag.

PRÆ-

PRÆSCRIPTIO XXIII.

Dominum Deum, quamuis omnipotens ſit, tamen vti operâ, miniſterio, interceſſione aliorum ad humanam ſalutem.

Aug.10.de Ciuit.14. 1. OMnia, quæ præſtare hominibus vel Angeli vel homines poſſunt, in vnius eſſe omnipotentis poteſtate, quiſquis diffitetur, inſanit. *Sed tamen Dominum Deum, etſi omnipotens ſit, Angelorum operâ, hominumque vti miniſterio, imò* Pſ.90.11. *& adiutorio, quiſquis diffitetur, ſimiliter inſanit.* Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis; *qui cùm omnipotens ſit, per ſe omnes cuſtodire poteſt. Homines quoque adiutores & cooperatores eſſe Chriſti, clarè mox è ſacris litteris docebitur. atque hâc cauſſa pij quique Sanctos aduocant ſibi in patrocinium; quod certè grauiſſimè ferunt aduerſarij noſtri, prætendentes illud Apoſtoli Ioannis;* Sancti cur à piis inuocentur. 1.Io.2.1. Aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum; *quaſi ideò non ſit opus aduocatione aliorum. Porrò quemadmodum Sancti ſunt noſtri mediatores ad mediatorem Chriſtum: ita aduocati noſtri apud ſummum illum Aduocatum Chriſtum, citra iniuriam Chriſti. Nam quòd operâ ſuorum ſeruorum ab initio mundi ſit vſus ad aliorum ſalutem, paucis erit declarandum.*

Gen.2.16. 2. *Ab initio mundi per ſe Deus hominem inſtruxit, copiam ei faciens edendi ex omni ligno paradyſi, exceptâ arbore ſcientiæ boni & mali. Deinceps plerumque homines edocuit per Angelos, per homines; vt per Noë, Abraham, & alios Patriarchas; per Moſen & alios Prophetas. Cùm Chriſtus Filius Dei veniſſet in mundum,* Deus per homines docet operari ſaluti. Mat.23.10 *à ſe vocatos diſcipulos ipſe vnus ille magiſter cæleſtis erudiuit,* Io.16.13. *quos poſt eius Aſcenſionem in cælum miſſus Spiritus ſanctus edocuit omnem veritatem. Hactenus Deus per ſe, deinceps docuit nationes per Apoſtolos miſſos in omnem terram. Paullum Apo-* Act.9.7. *ſtolum initiandum fidei myſteriis à Deo directum ad Ananiam legi-* Ind.10.5. *mus. Cornelius Centurio eruditur ab Apoſtolo Petro. atque in* Ephe.4.11. *communem ſalutem generis humani* ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam quidem Prophetas, alios verò

Euan-

Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores, ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Christi. *quo ſenſu alibi quoque ſcribit,* Adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne meâ pro corpore eius, quod eſt Eccleſia, cuius factus ſum ego miniſter ſecundùm diſpenſationem Dei. *Ita vocat bonus ille paterfamilias operarios in vineam ſuam. Deus itaque volens omnes homines ſaluos fieri, per ſe quidem ſaluos facere poteſt ſine cuiuſquam operâ: ſed tamen viſum illi ad noſtram ſalutem ſibi adhibere cooperatores.* Coll. 1. 24. Matt. 20. 1.

Homines Dei adiutores.

3. *Quemadmodum benignus Deus fructuum largitur vbertatem, ſed cum labore agriculturæ: ita viſum illi, cui de omnibus cura,* qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire; *ſalutem noſtram operari, ſed hominibus cooperantibus. De ſe & talibus loquitur Paullus;* Dei ſumus adiutores, Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. *Seminauerat iam tunc Chriſtus agrum ſuum Domi. icá verbi diuini ſemente, & vineam ſuam plantauerat: ſed ad perfectionem etiamnum opus habet agricolatione. Ædificauerat domum ſuam Eccleſiam: ſed ad conſummationem opus eſt ſanctorum miniſterio, quos ſecum Ioannes Apoſtolus vocat* cooperatores veritatis. *Paullus igitur cùm ſe ſuique ſimiles Dei adiutores vocat, & beatus Ioannes veritatis cooperatores ad humanam ſalutem, equidem citra iniuriam Dei: cur, ſodes, non eadem ratione dicere liceat, Sanctos eſſe Aduocatos & Patronos hominum apud Chriſtum, citra vllam iniuriam Chriſti? quandoquidem omnipotens Deus licet omnia per ſe poſſit, tamen vult ſalutem hominum curare operâ & miniſterio ſuorum ſeruorum. Iratus Deus Abimelech, qui ſibi Saram tulerat, iubet reddi Abraham, addens:* Et orabit pro te, quia propheta eſt, & viues. *Niſi orante Abraham non placatur Deus. Poterat iratus Deus amicis Iob placari: noluit niſi pro ipſis B. Iob orante;* Ite ad ſeruum meum Iob, & offerte holocauſtum pro vobis. Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis. faciem eius ſuſcipiam, vt non vobis imputetur ſtultitia. *Patrocinante Iob fit illis gratia delicti.* 1. Tim. 2. 4. 1. Cor. 3. 9. Mat. 13. 4. Ind. 21. 33. Epi. 3. 8. Gen. 20. 7. Iob 42. 8.

Orantibus hominibus placatur Deus.

Etiam mortui procurant ſalutem viuorum.

4. *Veruntamen ne quis hæc de viuis admittat facilè, ſed mortuos excipiat; probandum erit etiam mortuos ſalutem noſtram apud Deum procurare. Cùm propter peccata Salomonis offenſus*

Deus,

Deus, iam decreuiſſet Iſraeliticas tribus decem à domo Dauid
4.Re.11.31 *ſeparare, inquit ad Jeroboam*; Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. porrò vna tribus remanebit propter ſeruum meum Dauid, & Ieruſalem ciuitatem quam elegi. *Mortuus iam erat Dauid, & merita eius viuebant apud Deum. Item alibi in eiuſdem vrbis obſidio per*
4.Reg.19.34. *Iſaiam ad Ezechiam regem*; Protegam vrbem hanc, & ſaluabo eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum. *Quid? Non ſufficit Deo propter ſe parcere & miſereri; voluit etiam propter Dauid. Quid ad hæc caput inſanum reſponſabit? mortuos illos res noſtras ignorare, minimè curare? Abite vos mortui, & ſepelite mortuos veſtros. Non illi mortui qui cùm Chriſto in paradiſo, qui*
Apo.14.4. *cum Deo viuunt, qui* ſequuntur agnum, quocunque ierit.* Da-
*Chry.ho.2.in Pſ.50. uid mortuus eſt, & merita eius vigent. O rem admirandam! ô ineffabilis clemētia Dei! homo mortuus viuo patrocinatur.
Id.ho.8. ad Antioc. O iuſtorum & poſt conſummationem inexpugnabilis pugna virorum! Dauid defunctus ſuos tuetur progenitos.

5. *Diuus Job viuens in mundo orauit pro viuis Deum, & exorauit. Stephanus item, Apoſtoli quoque, ſimiliter alij Sācti in mundo viuentes, rogantes pro aliorum ſalute Deum exorauerunt.* Si *Si viuentes in mundo prodeſſe potuerunt, multò magis cum Chriſto regnantes.*
Hiero adu. Vigilant. Apoſtoli, & martyres adhuc in corpore conſtituti poſſunt orare pro ceteris, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſolliciti: quantò magis poſt coronas, victorias & triumphos? Vnus
Exo.32.30 homo Moyſes ſexcentis millibus armatorum impetrat à Deo veniam; & Stephanus imitator Domini ſui, & primus
Act.7.60. martyr in Chriſto pro perſecutoribus veniam deprecatur: & poſtquam cum Chriſto eſſe cœperint, minus valebunt?
Act.27.24. Paulus Apoſtolus ducentas ſeptuaginta ſex ſibi dicit in naui animas condonatas: & poſtquam reſolutus eſſe cœperit cum Chriſto, tunc ora clauſurus eſt; & pro iis qui in toto orbe ad ſuum Euangelium crediderunt, mutire nō poterit? Melior'q; erit *Eraſmus Alberus* canis viuens, quàm ille leo mortuus.

6. *Præferunt nouatores ſemper gloriam & honorem Dei, & Chriſti, quem in pio cultu Sanctorum ideò non ferre ſe dicunt, ne*
Iſa.48.11. *gloria Dei, (quod Deus ipſe prohibet) ad alios transferri videatur. Porrò errant; cùm negant benignitatem Dei aduerſus amicos ſuos,* *Gloria Dei quam heretici præferunt, iniuria eſt.*

h *ſiue*

ſiue ignorant. Benignus Deus communem ſibi cùm ſeruis ſuis & honorem ſimul, & contumeliam facit: honorem, cùm laudatur in Sanctis; contumeliam, quando in ipſis cõtemnitur. Quemadmodũ Chriſtus in Saulo perſequente perſecutionem eſt paſſus; ita in cultu Act. 9. 4. *Sanctorum ipſe Deus colitur: quoniam eius non tam amici, quàm in ipſis dona Dei, amicitiæ & honoris cauſæ honorantur. ita Deus in hominis memoriâ, & homo in Dei religione rectè coli poteſt; quod qui negat, dubio procul iniuriam facit Chriſto.* Sicut enim Salui. l. 8. de Prouid. Dei.

Nata, nota. ſi ſeruos noſtros quiſpiam cædat, nos in ſeruorum noſtrorum cædit iniuriâ. & ſi à quoquam filius verberetur alienus, in ſupplicio filij pietas paterna torquetur: ita, & cùm ſeruus Dei à quocumque læditur, maieſtas diuina violatur, dicente idipſum ad Apoſtolos ſuos Domino; Qui vos recipit, me Mat. 10. 40 recipit. & qui vos ſpernit, me ſpernit. Luc. 10. 16 *At nunc miro dæmonis aſtu, dum Chriſtum ſpecioſè honorare dicunt, artificioſè contemnunt. & eouſque procedit audaciæ humanæ temeritas*, vt Salui. l. 4. idipſum, in quo iniuriam Chriſto faciunt, dicant ſe ob Chriſti nomen facere. *Spernunt Deum, quem coli iactitant ſpecie pietatis: cùm Sanctorum cultum improbant, vt ſolum Deum colant*, idipſum quod cultus Dei videtur, iniuria eſt. Ind.

PRÆSCRIPTIO XXIV.

Hæreticis proprium eſſe, vt ſua ſtabiliant, Sacroſancta cetera cuncta negare, ſiue adulterare.

1. *SEd quid? an ſurdo canimus? Scio quàm petulans ſit temporum noſtrorum peruicacia: placita ſua vult pertinaciter tenere; contrà quæ diſplicent, etſi ſacroſancta ſint, conſueta reiicere.* Infructuoſus eſt & inanis labor, vbi non recipit pro- Salui li. 3. de Prouid. bationem prauus auditor. *De præcurſore quodam Antichriſti in Apocalypſi legimus*; Et faciet omnes puſillos & magnos, & Apoc. 13. 16. diuites & pauperes, & liberos & ſeruos habere characterem in dextera manu ſuâ, aut in frontibus ſuis. *Cum Hyppolyto* De cõſum. mundi. dicimus, fortaſſe ſcripturam illius ſigilli eſſe ἀρνοῦμαι, id eſt, Nego. Nam anteà quoque hoſtis ille nobis aduerſarius operâ miniſtrorum ſuorum, hoc eſt idololatrarum, Chriſti

Character Antichriſti, omnia negare.

marty-

martyres hortantium, Negato, aiebat, Deum tuum crucifixum. tale erit tempore illius honeſtatis omnis oſoris ſigillũ, dicens; Nego Creatorem cæli & terræ; nego baptiſma, nego adorationẽ à me Deo præſtari ſolitam. *Te quæſo, Lector amice, aduerte quemadmodum Draco ille per ſuos iam operatur, & præſtruit myſterium iniquitatis. Cùm enim Patres, quos Chriſtus paſtores* & doctores ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis *ſui dedit, nouitati doctrinæ obiicimus: huius priſci patris tum demum opera ſimillima ſomniis ſunt; illius zizania; alterius feces, blaſphemiæ, monſtra. Ille fabulatur; alius à cacodæmone poſſeſſus; hic iniurioſus Apoſtolo. Nec deeſt, cui* vnus Caluinus pluris eſt, quàm centum Auguſtini. parum eſt, centum; Lutherus nihili facit aduerſum ſe mille Auguſtinos, mille Cyprianos, mille Eccleſias. *Cur? Qui Patres aſſiduus lectitat, creditque, non poteſt eſſe partium aduerſarum; confectum eſt prælium.*

Eph. 4. 11.

Edm. Cãp. rat. 5.

Qui patres legit, & credit, non poteſt eſſe hæreticus.

2. *Audi nunc vocem illius beſtiæ.* Dico ego doctor Martinus Lutherus, indignus Domini noſtri Ieſu Chriſti Euangeliſta, quòd hunc articulum, Fides ſola abſque omni opere iuſtificat coram Deo, firmum atque inconcuſſum permittere debet Romanus Imperator, Turcicus Imperator, Tartarorum Imperator, Perſarũ Imperator; omnes Cardinales, Epiſcopi, Sacerdotes, Monachi, Moniales; Reges, Principes, Domini; totus mundus ſimul cum omnibus dæmoniis: & debent inſuper habere ignẽ infernalem ſuper capita ſua, & nullam gratiarum actionem. *Magnæ auctoritatis vir, & vox! adeſte, quibus ſalus cordi, curæque eſt; hunc audite.* Repertus eſt ſæculis noſtris haud grandis homunculus, qui dẽ cunctis Eccleſiæ quæſtionibus vno linguæ rotatu ſole clariùs coruſcaret. *Et hic alibi de ſeruo arbitrio ad Eraſmum*; Quicquid armaturæ ſuppeditant Orthodoxi veteres, Theologorum ſcholæ, auctoritas Conciliorum & Pontificum, conſenſus tot ſæculorum, ac totius populi Chriſtiani: nihil recipimus, niſi ſcripturas... Quod Orthodoxi docuerunt, quod auctoritas Eccleſiæ tradit, quod populus Chriſtianus amplexus eſt, quod ſcholæ defendunt, exitiale venenum eſt Satanæ... Nolo

Io. Cochl. de ac. Lutheri. an. 1531.

Lutheri arrogãtia. omnes præ ſe contemnit.

Hier. adu. Io. Ieroſ. 4.

Apud Stap. in prodro.

iudicium, ſed requiro obſequium. neque quemquã moueat vel tantillùm multitudo, magnitudo, latitudo, profunditas, miracula, ſanctitas, Eccleſiæ Sanctorum; omnes perierunt, ſi ita ſenſerunt, vt ſcripſerunt. *En, quaſi de ſublimi loco in totum orbem fert ſententiam. Sed hæretici* hoc facere coguntur: quia iacere ſe abiectiſſimè ſentiunt, ſi eorum auctoritas cum auctoritate Catholicâ conferatur. Omnium enim hæreticorum quaſi regularis eſt iſta temeritas. Aug. ep. 56

3. Si vnquam Dei Spiritus illuxit Eccleſiæ, certè illud eſt tempus immittendi Numinis, quum omnium Eccleſiarum, quæ ſunt in terris patentiſſimæ, religio, maturitas, ſcientia, ſapientia, dignitas vnam in vrbem confluxerint; adhibitiſque modis omnibus diuinis & humanis, quibus indagari veritas poſſit, promiſſum implorent Spiritum, quo ſalutariter & prudenter ſanciant. *Quid autem? Audi magnum Imperatorem.* Quicquid in ſanctis Epiſcoporum conſeſſibus inſtituitur, ad diuinam fertur voluntatem. *Quapropter Imperiali decreto ſancitum ſcimus;* Vicem legum obtinere ſanctas Eccleſiaſticas regulas, quæ à ſanctis Conciliis expoſitæ ſunt, aut firmatæ; quorum dogmata ſicut ſanctas Scripturas accipimus, & regulas ſicut leges obſeruamus. *Enimuerò, inquit Iuſtinianus*, ſi ciuiles leges, quarum poteſtatem nobis Deus pro ſuâ in homines benignitate credidit, firmas ab omnibus cuſtodiri ad obedientium ſecuritatem ſtudemus: quãtò plùs ſtudij adhibere debemus circa ſacrorum Canonum, & diuinarum legum cuſtodiam, quæ ſuper ſalute noſtrarum animarum definitæ ſunt? Qui enim ſacros Canones cuſtodiunt, Domini Dei adiutorio digni ſunt: qui autẽ eos tranſgrediuntur, ipſi ſemetipſos iudicio reddunt obnoxios.

Ed. Camp. rat. 4.

In Conciliis eſt Spiritus ſanctus.

Conſtant. M. ep de Syn. Nicæ.

Iuſtin. in Aut. de Ecc. tit. & priuil.

Vim legum obtinent eorum decreta.

Ind. de ord. epi. & Cler.

Nota.

4. *At nunc proſiliunt heſterni magiſtelli, qui iudices ſuos Senatores orbis terrarum iudicant. Scribit Lutherus;* Via nobis facta eſt ad eneruandam Conciliorum auctoritatem, & liberè contradicendi eorum geſtis, & iudicandi eorum decreta, & confidenter confitendi quicquid verum videtur, ſiue probatum, ſiue reprobatum fuerit à quocunque Concilio? *Nec veritus eſt* anteferre Conciliis duorum ſuffragia bonorum & eru-

Damnant hæretici, quia ab illis damnati.

Apud Roff. ſens. cont. art. 29. Luth.

Li. de capt. Babyl.

&eruditorum hominum, (putatote ſuum, & Philippi) ſi quando in Chriſti nomine conſenſiſſent. *Nimirùm* lucem cæci, & veritatem mendaces accuſant. illi quidem propter cæcitatem viſus; illi verò eò, quòd eorum error & malitia pariter arguantur. Nouimus, quia omnes hæretici ſanctas Synodos, eorum malas ſectas deſtruentes, accuſant.

Epiſt. Epiſcopor. ad Leon. Imp. pro Conc. Chalc. to. 2. Conc.

5. *Eccleſiæ tanta ab omni æuo fuit auctoritas, olim lumen Eccleſiæ vt aduerſus hoſtes Eccleſiæ ſit teſtatus*; Ego verò Euangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoueret auctoritas. *Quam cùm appellamus* (*quandoquidem Chriſtus in controuerſiis eam adiri iubet; cui quicunque repugnat, quantumuis Chriſtum ore præferat, tamen habendus eſt* ſicut Ethnicus & publicanus:) *mirum quàm hic ſe includat occultis latebris aduerſarius. Non audet contrauenire verborum ſonitu*; videri non vult Eccleſiæ, quam toties Scripturæ commemorant, refragari; nomen callidè retinuit, rem ipſam funditus definiendo ſuſtulit. His enim proprietatibus delineauit Eccleſiam, quæ penitus ipſam occultant, & dimotam à ſenſibus, tamquam Ideam Platonicam, ſecretis obtutibus hominum perpaucorum ſubiiciunt; eorum tantummodò, qui ſingulariter afflati corpus hoc aërium intelligentiâ comprehenderent, & huiuſce ſodalitatis participes ſubtili quodam oculo luſtrarét... Dic mihi; ſubſcribis Eccleſiæ? quæ ſæculis anteactis viguit? omnino. obeamus ergo terras, & tempora. cui? cœtui fidelium. quorum? nomina neſciuntur, ſed conſtat plurimos extitiſſe. Conſtat? quibus conſtat? Deo. quis dicit? nos, qui diuinitus edocti ſumus. Fabulæ! quî credam? Si arderes fide, tam ſcires hoc quàm te viuere.

Aug. cont. ep. Fund c. 5. tom. 6.

Eccleſiæ magna auctoritas ab hæreticis inſidiosè eneruatur.

Mat. 18. 17

Ed. Camp. rat. 3.

Spectatum admiſſi riſum teneatis? *Nota.*
Iuberi Chriſtianos omnes adiungere ſe Eccleſiæ; cauere ne ſpiritali gladio trucidentur; in domo Dei pacem colere; huic animas credere columini veritatis; iſthic querelas omnes deponere; hinc eiectos habere pro Ethnicis: neſcire tamen tot centenos, tot homines, vbinam illa ſit, quíue huc pertineant? Vnum illud crepare in tenebris; Vbi vbi ſit Eccleſia, tantummodò Sanctos in æthera deſtinatos.

Vera Eccleſia dinoſci poteſt. 6. *Porro aliter nos docet Chriſtus*. Vos eſtis lux mundi. Matt.5.15.
Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita; neque
accendunt lucernam vt ponant eam ſub modio, ſed ſuper
candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. *Et alibi*
Propheta; Venite aſcendamus ad montem Domini. *Eccleſia* Iſa.2. 3.
eſt ciuitas in monte poſita, abſcondi non poteſt. Eccleſia quoque
mons eſt, & mons magnus, qui impleuit vniuerſam terram. Dan.2. 35.
Hæc eſt lucerna, quæ ſub modio non occultatur, ſed omnibus nota.
Quid ampliùs dicturus ſum, quàm cęcos qui tam magnum Aug.tract.
montem non vident? qui contra lucernam in candelabro 2.in ep.Io. tom.9.
poſitam oculos claudunt? *Scilicet*, Lux in tenebris lucet, & Ioan.1.5.
tenebræ eam non comprehenderunt.

7. Cùm Eccleſiam, Concilia, Cathedras, Patres, Marty- Ed.camp. rat. 1.
res, Imperia, Populos, Leges, Academias, Hiſtorias, omnia
vetuſtatis & ſanctitatis veſtigia conculcaſſent; ſcripto Dei
verbo tantùm controuerſias velle dirimere proclamaſſent;
illud ipſum Verbum, quod ſolum reſtiterat, exſectis è toto
corpore tam bonis, tam ſpecioſis partibus, delumbarunt.
Scripturas ſacras reiiciunt & detruncant hæretici. Septem enim ipſos de veteri Teſtamẽto codices, vt minuta
diſſimulem, Caluiniani præciderunt; Lutherani verò etiam
Epiſtolam Iacobi. & huius inuidiâ quinque alias, de qui-
bus aliquando fuerat & alicubi controuerſum. His quoque
libellum Heſteris, & tria pænè capita Danielis annumerant
nouiſſimi Geneuenſes, quæ quidem Anabaptiſtæ iſtorum
condiſcipuli iam pridem damnauerant atque deriſerant.
Quid ita? His enim oraculis diſertiſſimè coarguuntur, quo- Ibid.
ties de Angelorum patrocinio, quoties de arbitrij libertate,
quoties de fidelibus vitâ defunctis, quoties de diuorum in-
terceſſione, *de fide ſolâ ad ſalutem non ſufficiente, aliiſque contro-*
uerſiis diſputant. Arreptâ virgulâ cẽſoriâ, veluti arbitri ſedẽtes
honorarij, diuinas ipſas tabulas, ſi quæ ad ſtomachum non
feciſſent, obliterant. *Videlicet*, Iſta hæreſis non recipit quaſ- Tertul.de Præſ.c.17.
dam ſcripturas; & ſi quas recipit, adiectionibus & detra-
ctionibus ad diſpoſitionem inſtituti ſui interuertit. & ſi
recipit, non recipit integras: & ſi aliquatenus integras præ-
ſtat, nihilominus diuerſas expoſitiones commentata con-
uertit.

uertit. Tantùm ueritati obſtrepit adulter ſenſus, quantùm *Cur reiiciant, & interuertant.*
& corruptor ſtylus. Variæ prǫſumptiones neceſſariò nolunt agnoſcere ea, per quæ reuincuntur. his enim nituntur, quæ ex falſo compoſuerunt, & quæ de ambiguitate cœperunt.

Ed.Camp. rat.1. 8. Quæro tamen ab illis, quo iure corpus Biblicum detruncent atque diripiant? reſpondent non ſe veras Scripturas exſcindere, ſed excernere ſuppoſititias. quo iudice? Spiritu ſancto. hoc enim reſponſum à Caluino præſcribitur, vt Eccleſiæ iudicium, quo ſpiritus examinantur, ſubterfugiat. *Spiritus hæreticorũ non conuenit in Scripturis recipiendis, & intelligẽdis.* Cur igitur alios alij lancinatis, cùm omnes eodem ſpiritu gloriemini? Caluinianorum ſpiritus recipit ſex epiſtolas, quæ ſpiritui non placent Lutherano: freti tamen vterque Spiritu ſancto. Anabaptiſtæ hiſtoriam Iobi fabulam appellant, Tragicis & Comicis legibus intermixtam. quî ſciunt? Spiritu docente. Caſtalio myſticum illud Salomonis Canticum, quod vt Paradiſum animæ, vt manna reconditum, vt opiparas in Chriſto delicias Catholici admirantur, nihilo pluris quàm cantilenam de amiculâ, & cum pediſſequis aulæ colloquium amatorium venereus furcifer æſtimauit. vnde hauſit? à Spiritu. In Apocalypſi Ioannis, cuius omnes apices excelſum aliquid, & magnificum ſonare confirmat Ep.103 ad Paulin. Hieronymus: tamen Lutherus, & Brentius, & Kemnitius quiddam, neſcio quid, difficiles Ariſtarchi deſiderant; eò ſcilicet propendentes, vt exauctoretur. quem percontati? Spiritum. Quatuor Euangelia feruore præpoſtero Lutherus inter ſe committit; & prioribus tribus Epiſtolas Pauli longè præferens vnicum deinceps Euangelium Ioannis pulchrum, verum, præcipuum decernit eſſe nominandum: quippe qui, quod in ipſo fuit, libenter etiam Apoſtolos ſuarum rixarum ſocios aſſcripſiſſet. quo doctore? Spiritu. Quinetiam iſte fraterculus nõ dubitauit Euangelium Lucæ petulanti ſtylo perſtringere; quòd in eo crebriùs bona nobis virtutum opera commendentur. quem interrogauit? Spiritum. Theodorus Beza verbum illud arcanum ex Lucæ vigeſimo ſecundo capite, Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui (calix) pro vobis fundetur; auſus eſt vt *Nota de calice.*

cor-

corruptum vitiatumque traducere; quòd hæc oratio nullam expoſitionem, niſi de vino calicis cōuerſo in verum Chriſti ſanguinem patiatur. quis iudicauit? Spiritus. Denique cùm omnia credant ſuo quiſque ſpiritui, nomen ſancti Spiritus horribili blaſphemiâ mentiuntur.

Biblia hæreticorum liber. 9. *Vero verius Lutheri dictum, cùm* Biblia librum hæreticorum *appellat; quòd ex Scripturis peruersè intellectis hæreſes ſuboriantur.* Et vtique fæcundior diuina litteratura ad facultatem cuiuſque materiæ. Nec periclitor dicere, ipſas quoque Scripturas ſic eſſe ex Dei voluntate diſpoſitas, vt hæreticis materias ſubminiſtrarent; cùm legam oportere hæreſes eſſe, quæ ſine Scripturis eſſe non poſſent. *Tertull. de Præſc. c. 39.* *1. Cor. 11. 19.*

Alij alio modo in ſacras Scripturas incurrunt. 10. *Facinoroſum ac tetrum crimen eſt, quod nunc perſequor.* Inuentos eſſe Doctorculos, qui temulento quodam impetu in cæleſte chirographum inuolarint; idipſum pluribus locis vt maculatum, vt mancum, vt falſum, vt ſurreptitium condēmnarint; eius partes aliquas correxerint, aliquas corroſerint, aliquas euulſerint. Hinc omne propugnaculum, quo muniebatur in Lutheranos ſpiritus, tanquam in valla phantaſmatum, pictoſque parietes commutarint, ne prorſus obmuteſcerent: cùm in Scripturas erroribus ſuis infeſtas impingerent, quas nihilo commodiùs expedire, quàm ſorbere fauillas, aut ſaxa mandere potuiſſent. *Ceterùm* quibus fuit propoſitum aliter docendi, eos neceſſitas coēgit aliter diſponendi inſtrumenta doctrinæ: aliàs enim non potuiſſent aliter docere, niſi aliter haberent per quæ docerent hæreſin. Sicut illis non potuiſſet ſuccedere corruptela doctrinæ ſine corruptelâ inſtrumentorum eius: ita & nobis integritas doctrinæ non competiſſet ſine integritate eorum, per quæ doctrina tractatur. Etenim quid cōtrarium nobis in noſtris? quid de proprio intulimus, vt aliquid contrarium ei, & in Scripturis deprehēſum, detractione, vel adiectione, vel tranſmutatione remediaremus? Quod ſumus, hoc ſunt. ab initio ſuo ex illis ſumus, antequam nihil aliter fuit, quàm ſumus. Quid denique fuit antequam à nobis interpolarentur? Cùm autem omnis interpolatio poſterior credenda ſit, veniens *Ed. Camp. rat. 1.* *Hæretici quia aliter docēt, aliter Scripturas peruertūt.* *Tertul. de Præſc. 38.* *Nota.*

vtique

vtriqueex cauſâ æmulationis, quæ neque prior, neque domeſticaeſt eius vmquã quod æmularur: tam incredibile eſt ſapienti cuique, vt nos adulterum ſtylum intuliſſe videamur Scripturis, qui ſumus à principio & primi; quàm illos non intuliſſe, qui ſunt & poſteri & aduerſi. Alius manu Scripturas, alius ſenſu expoſitionis interuertit.

Ed.Camp. rat.2. 11. Sciſcitemur ab aduerſariis exempli gratiâ, quidnam ſecuti nouam ſectam intriuerint, quâ Chriſtus excluditur è cœnâ myſticâ. Si nominant Euangelium, accurrimus. à nobis verba ſunt, Hoc eſt corpus meum; Hic eſt ſanguis meus: qui ſermo viſus eſt ipſi Luthero tam potens, vt cùm etiam diſcuperet fieri Zwinglianus, quòd eâ re plurimùm incommodare Pontifici potuiſſet; captus tamen & victus apertiſſimo contextu cederet; neque minùs inuitus Chriſtum verè præſentem in Sacramento ſanctiſſimo fateretur, quàm olim dæmones victi miraculis Chriſtum Dei filium vociferati ſunt. Agedum pagellâ ſcriptâ ſuperiores ſumus, de ſententiâ ſcripti contenditur. hanc perueſtigemus ex verbis adiacentibus. Corpus meum, quod pro vobis datur; Sanguis meus, qui pro multis effundetur. Adhuc duriſſimæ partes Caluini ſunt; noſtræ faciles & explicatæ. Quid amplius? Conferre Scripturas, inquiunt. Maximè. Conſpirant Euangelia, Paullus adſtipulatur. Voces, clauſulæ, tota connexio, panem, vinum, inſigne miraculum, cæleſte pabulum, carnem, corpus, ſanguinem reuerenter ingeminant. Nihil ænigmaticum, nihil offuſum caligine loquendi. Tamen perſtant aduerſarij, neque vllum finem faciunt altercandi. quid agimus? opinor, audiatur antiquitas; &, quod nos alteris alteri ſuſpecti non poſſumus, omnium ſæculorum veneranda canities Chriſto propior, ab hac lite remotior decidat arbitrio. Non ferunt: prodi ſe aiunt. Dei verbum purum putum inclamant. hominum Commentarios auerſantur. inſidioſè, ineptè Dei verbum perurgemus. obſcurant. Diuos teſtamur interpretes; obſiſtunt. In ſummâ ſic inſtituunt: niſi reorum iudicio ſteteris, nullum iudicium fore.

Marginal notes: *De cæna Domini diuerſa hæreticorum ſententia.* — Mat.26.17 — Mat.8.29. — Mar.1.24. — Luc.22.19 — Mat.26.28 — Io.6.51. — Mat.26.27 — Mar.14.23 — Luc.22.19. — 1.Cor.10.16. — Ibid.11.27. — *Antiquitatis ſententia ab illis non recipitur.*

Suam cunctu præſe-runt. 12. Atque ita ſe gerunt in omni, quam exercemus, contro-uerſiâ: de infuſâ gratiâ, de inhærente iuſtitiâ, de Eccleſiâ conſpicuâ: de neceſſitate baptiſmatis; de Sacramentis, & Sacrificio; de piorum meritis; de ſpe & timore; de peccatis imparibus, de auctoritate Petri, de clauibus, de votis, de conſiliis Euangelicis, de cæteris. Scripturas neque paucas, & ponderoſas Catholici paſſim in libris, in colloquiis, in templis, in ſcholis citauimus, atque diſcuſſimus; eluſerunt. Veterum Scholia Græcorum, & Latinorum admouimus; abnuerunt. Quid tum denique? D. Martinus Lutherus, aut verò Philippus, aut certè Zvvinglius, aut ſine dubio Caluinus & Beza fideliter enarrarunt. *Inter hæc* quid promouebis exercitatiſſime Scripturarum? cùm, ſi quid defenderis, negetur ex diuerso; ſi quid negaueris, defendatur? Et tu quidem nihil perdes, niſi vocem in contentione; nihil conſequeris, niſi bilem de blaſphematione. Ind. Ed Camp. Tertul. de Præſ. 17.

Quod volunt ſanctū eſt. 13. *Enimuerò* quod volumus, ſanctum eſt. *Spiritus ſic docet, & ita ſe res habet.* *Contrà* ego Catholicam fidem profiteor, & per illam me ad certam ſcientiam peruenturum præſumo. Tu verò, qui fidem meam labefactare conaris, certam ſcientiam trade, ſi potes; vt id quod credidi, temerè me credidiſſe conuincas. Duo ſunt quæ mihi profers; vnum, cùm dicis Spiritum ſanctum eſſe qui loquitur; & alterum, cùm dicis manifeſta eſſe quæ loquitur. Vtrumque abs te ſine vllâ dubitatione cognoſcere debui. Sed non ſum auarus, vnum horum doce. oſtende hunc eſſe Spiritum ſanctum; & credam vera eſſe quæ dicis, etiamſi neſciam. aut oſtende vera eſſe quæ dicit; & credam Spiritum ſanctum eſſe, etiam ſi neſciam. Numquid æquiùs, aut beneuolentiùs tecum agi poteſt? Sed tu nec hoc, nec illud vales oſtendere. Nihil aliud elegiſti, niſi laudare quod credis, & irridere quod credo. Aug. ep. 48. Aug. cont. ep. fund. c. 14. tom. 6.

Cùm Spiritum ſuum ſanctū probare non poſſint.

Qui Spiritus mēdax eſſe conuincuntur. 14. Quis ferat tantam fallaciam, tantamque ſuperbiam? quid ſi non ſolùm incerta, ſed etiam falſa eſſe, quæ dicit, Deo & Domino noſtro mihi opitulante monſtrauero? *Agedum igitur, Theatrum vniuerſitatis rerum ponamus ob oculos; quicquid eſt vſpiam peragremus: omnia nobis argumenta ſuppeditant.* Ind. c. 15.

Quo-

Ed. Camp. rat. 10. Quocumque me oculis & cogitatione conuertero, ſiue Patriarchas intueor, & ſedes Apoſtolicas; ſiue Antiſtites cæterarum gentium; ſiue laudatos Principes, Reges, Cęſares; Chriſtianorum cuiuſq; nationis initia, ſiue vllum indicium vetuſtatis, aut lumen rationis, aut honeſtatis decus: noſtræ fidei ſeruiunt, & ſuffragantur omnia. Teſtis Romana ſucceſſio, in quâ ſemper Eccleſiæ (vt cum Auguſtino loquar) Apoſtolicæ Cathedræ viguit principatus. Teſtes illæ reliquæ Sedes Apoſtolicæ, in quas hoc nomen inſignitè conuenit, quòd ab ipſis Apoſtolis, horúmve auditoribus exædificatæ fuerint. *A Romanā ſucceſſione.* Ep 162.

Ed. Camp. rat. 10. 15. Teſtes vbiuis gentium Paſtores loco diſſiti, religione noſtrâ concordes: Ignatius & Chryſoſtomus, Antiochiæ: Petrus, Alexander, Athanaſius, Theophilus, Alexandriæ: Macarius & Cyrillus Hieroſolymis: Proclus Conſtantinopoli: Gregorius & Baſilius in Cappadociâ: Thaumaturgus in Ponto: Smyrnæ Polycarpus: Iuſtinus Athenis: Dionyſius Corinthi: Gregorius, Niſſæ: Methodius, Tyri: Ephreemus in Syriâ: Cyprianus, Optatus, Auguſtinus in Africâ: Epiphanius in Cypro. Andreas Cretæ. Ambroſius, Paulinus, Gaudentius, Proſper, Fauſtus, Vigilius in Italiâ: Irenęus, Martinus, Hilarius, Eucherius, Gregorius, Saluianus in Galliâ: Vincentius, Oroſius, Hildefonſus, Leander, Iſidorus in Hiſpaniâ: in Britanniâ Fugatius, Damianus, Iuſtus, Mellitus, Beda. Denique, ne ambitioſus videar in nominibus; quæcunque vel opera, vel fragmenta ſuperſunt eorum, qui diſiunctiſſimis terris Euangelium ſeuerunt, omnia nobis vnam fidem exhibent, quam hodie Catholici profitemur. Chriſte! quid cauſæ tibi afferam, quò minùs me de tuis extermines, ſi tot luminibus Eccleſię tenebricoſos homulos, paucos, indoctos, diſſectos, improbos antetulero? *A paſtorib. loco diſſitis, fide coniunctis.*

Ibid. 16. Teſtes item Principes, Reges, Cæſares, horúmque Reſpub., quorum & ipſorum pietas, & ditionum populi, & pacis bellíque diſciplina ſe penitus in hac noſtrâ doctrinâ Catholicâ fundauerunt. Hîc ego, quos ab Oriente Theodoſios, quos ab Occidente Carolos, quos Eduardos ex Angliâ, *A principibus orbis terrarum.*

i 2 Ludo-

Ludouicos ex Galliâ, Hermingildos ex Hiſpaniâ, Henricos è Saxoniâ, Wencelaos è Boëmiâ, Leopoldos ex Auſtriâ, Stephanos ex Hũgariâ, Ioſaphatos ex Indiâ, *Dauides ex Æthiopiâ*, quos orbe toto Dynaſtas atque Toparchas poſſim arceſſere, qui exemplo, qui armis, qui legibus, qui ſollicitudine, qui ſumptu noſtram Eccleſiam nutrierunt. Sic enim præcinuit Iſaias; Erunt reges nutricij tui, & reginæ nutrices tuæ. Cap.49.23

